Ἐτυμολογικὸν μικρὸν,

SIVE,

Etymologicum Parvum,

EX

Magno illo *Sylburgii*, *Eustathio*, *Martinio*, aliisque magni Nominis Authoribus, Excerptum, digestum, explicatum.

In Usum

Scholæ Publicæ *Westmonasteriensis*.

Operâ & studio

FRANCISCI GREGORII

Scholæ *Westmonasteriensis* olim alumni, nuper ὑποδιδασκάλου,

Nunc verò Scholæ *Woodstochiensis* in agro *Oxoniensi* institutoris.

LONDINI:

Typis *E. Tyler* & *R. Holt* pro *R. Royston*, prostant autem apud *T. Passinger*, ad insigne trium Bibliorum super Pontem Londinensem. M.DC.LXX.

ILLUSTRISSIMÆ FAMILIÆ,
OPTIMÆ INDOLIS,
PULCHERRIMÆ SPEI
Juvenibus,
HENRICO Comiti Sterlinenſi,
CAROLO BARTO Comitis de *Lindſey* filio,
Diſcipulis ſuis Honoratiſſimis
F. G. S. P. D.

EN vobis, Illuſtre Heroum par, familiarum veſtrarum ſpes ampliſſima, Præceptoris veſtri opuſculum, libellulum, veſtrâ præſertim *conſcriptum* gratiâ, veſtris *inſcriptum* Nominibus. Ex quo enim vos ſub imperio meo & regimine inſtituendos formandoſque nobiliſſimi Parentes veſtri mihi demandaverint,

poſt animis veſtris impreſſa pietatis principia, poſt jacta religionis Chriſtianæ fundamenta, id mihi præ cæteris maximè molliennum eſſe cenſui, ut vos utrumq; linguæ nobiliſsimæ, eruditiſſimæ, aut quod tantundem eſt, Græcæ, cognitione non levitèr imbuerem. Quod ſanè ad me attinet, agnoſco linguam hanc, cùm non minùs ſacra ſit quàm facunda, quàm ſignificantiſſima, quàm elegans & copioſa, ante reliquas omnes apud me ſemper primas tuliſſe. Ad cujus quidem linguæ cognitionem pleniùs aſſequendam, vocum communiorum Etymologias, ex optimis authoribus deſumptas, ex ipſo rerum ſignificatarum ingenio petitas, non parùm valere cenſui. Quo conſilio fretus opuſculum hoc aggreſſus ſum, quod vobis ideò à me nuncupatum eſt, ut vos, qui tanquam geminum ſidus præſentiâ veſtrâ Scholam meam condecoratis, familiam meam co-illuſtratis, etiam libellulum hunc meum, veſtris nominibus præfixis, velitis co-honeſtare. Vos itaq; Præceptoris veſtri labores accipite & fruimini; pergite in propoſito virtutis ſtadio gnavitèr

vitèr & ſtrenuè decurrere, ut avorum veſtrorum nobilitatem adaugeatis, ut in ſeculo veſtro Reipub. Politicæ fulcimina, literariæ Patroni & Statores meritiſſimè audiatis. Valete, Deum colite, amate Muſas : id ſemper precatur

Veſtræ πανεύδαιμονίας

Cupientiſſimus

F. GREGORY.

Ad Lectorem.

MIRARI potes (Lector benevole) post tot támque magni nominis Authores, qui in hac materia felicem novârunt operam, me hominem novum & ignotum libellulum hunc, quem Ἐτυμολογικὸν μικρὸν inscripserim, in lucem emisisse. Putas fortasse me, tanquam sciolum quendam, pro genio seculi, cùm nihil melius, nihil doctius potuerim, saltem aliquid prælo obtrudere voluisse. Id tuum de me judicium esto; ego verò aliis rationibus adductus opusculum hoc publici juris feci; ne scilicet memetipsum aliqua in re deesse paterer, in quâ opella nostra reip. literariæ posse aliquid conferre videretur. Authores, qui in hoc pulvere desudarunt, apud omnes ubique ferè Bibliopolas prostare venales, nemo quisquam literatorum est, qui non intelligat; atqui verò quos scio omnes, aut sunt Græcè scripti, adeóq; difficiliores quàm ut à puerulis intelligantur; aut sunt in sese volumina, aut certè voluminibus affixi, quæ sunt & molis & pretii grandioris, quàm ut à tenuioris fortunæ parentibus redimi, aut à tenerioris ætatis puerulis commodè comportari queant. Sperabam itaque me rem saltem nonnullis gratam esse facturum, si per me constaret, quò parentum crumenis, filiorum tam humeris quàm intellectui consuleretur. Quod si à me præstitum fuerit, mercedem, quam volui, quámque speravi unicam, aufero. Vale.

Ἐτυμολογικὸν μικρὸν ;

ſive,

Etymologicum parvum.

E Etymolo

A.

[A.] PRima Græcorum litera ab (אַלְפָא) *Alpha* Chaldæo nomen accepit; id vero ab Hebræo (א) *Aleph*, quod ab (אָלוּף) *Alluph* dux, qui aliis ſolet præire, ſicut Aleph prima litera reliquas omnes præcedit. Aliter *Alpha* derivant ab (אָלַף) *didicit*, in Pihel *docuit*, quod ab hac litera docendi diſcendique petatur exordium.

Alpha in compoſitione eſt vel——
1. Στερητικὸν privativum; ex adverbio ἄνευ ſine.
2. Ἀρνητικὸν negativum; idque rursùs ab ἄνευ, vel ἄτερ ſine.
3. Ἐπιτατικὸν intenſivum; ab ἄγαν valdè.
4. Ἀθροιστικὸν congregativum; ab ἅμα ſimul.

Ἀάζω, Exhalo, ab ἄω ſpiro; duplicatio τοῦ α frequentiam actionis, nempe ſpirationis, indicat.

Ἀάμινες, Ames, aucupii inſtrumentum; ex ἀεὶ μένειν, i.e. ſemper manendo; quia eo fit, ut irretitæ aves maneant.

Ἀβάλε, { 1. Utinam; ex ἄ optandi, & βάλε, da, porrige, 2. Heu; ex Hebræo (אָבַל) i.e. lugere.

Ἀβακὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, mutus; ab α priv: & βάζω loquor.

Ἄβαξ, ακος, ὁ, Abacus; ab α priv: & βάσις, fulcrum, quòd pedum fulcris non innitatur.

Ἄβαξ, ακος, τὸ, Placentæ genus, ita dictum quòd sit ἁβρὸν, i. e. delicatum; vel ab α priv: & βάρος pondus, quòd sit levis digestionis.

Ἀβαρὴς ές, ὁ ἡ ἧ, Non onerosus; ab α priv: & βάρος onus.

Ἄβαφος, ος, ὁ, Non tinctus; ab α priv: & βάπτω tingo.

Ἀβέλτερος, ος, ὁ, Stolidus; ab α priv: & βέλτερος melior; ut sit qui res meliores non intelligat.

Ἀβληχρὸς, ὸν, ὁ, Debilis; ab α pleonastico, & βληχρὸς, quod idem significat.

Ἄβρα vel ἄβρη, ας, ἡ, Ancilla adolescentior, propriè quæ fœminam nobilem honoris ergò comitatur, ab ἁβρὸς mollis, delicatus; quòd ejusmodi mulieres ut plurimùm sint molliores.

Ἀβρὸς, ὸν, Mollis, delicatus; ab α priv: & βάρος onus; quòd tales oneribus sustinendis non sint idonei.

Ἀβρώτη, ης, ἡ, Nox; ab α pr: & βρότος mortalis, quòd mortales nocte lateant, nec, ut interdiu, foràs in operibus versentur.

Ἀβρότονον, ου, τὸ, Abrotonum, herba semper virens; ab α pr: & βρότος mortalis, quòd nunquam emarcescat, vel quia ἁβρῶς τείνεται, i. e. molliter extenditur, ut tactu non sit asperum.

Ἄβρυα, ων, τὰ, Mora, fructus mori; ita dicta quòd sint ἁβρὰ, mollia & delicata.

Ἀβυστάκη, ης, ἡ, Edulii genus ex succo virentium herbarum; ita dictum quòd sit ἁβρὸν τηκόμενον, i. e. quòd facilè liquescat.

Ἄβυσσος, ος, ὁ ἡ ἧ, Abyssus; ab α pr: & βυσσὸς Ionicè pro βυθὸς fundum, ut sit locus immensæ profunditatis.

Ἀγαθὶς, ίδος, ἡ, Glomus? ita dictus quòd in eo filo ἄγαν πίθηται valdè cumulentur.

Ἀγαθὸς, ὸν, ὁ, Bonus; ab α epit: & γηθῶ Dericè γαθῶ gaudeo, quòd boni tantùm habeant unde lætentur; vel quasi ἀγαστὸς admirandus, æstimandus: vel quasi ἄγαν θεῖος valdè divinus; vel denique ab ἄγαν

&

& Να ſpectaculum, quia viri boni digni ſunt, quos ſpeculemur; vel quòd ἀγαπᾷ θεὸν, boni tantùm Deum amant & ab ipſo amantur.

Ἀγαλλιάω & ἀγαλλιάομαι, Exulto; quaſi ἄγαν ἅλλεσθαι valdè ſalio; ut ſit præ gaudio ſubſilire.

Ἀγάλλω, Orno, ſplendidum facio; ut ducatur ab ἀγλαὸς ſplendidus; vel ab ἀγάω demiror, ornata enim & ſplendida miramur.

Ἄγαμαι, Admiror; ab ἀγάω idem.

Ἄγαμος, ος, ον, Cœlebs: ab α priv: & γάμος nuptiæ.

Ἄγαν, Valdè; ab ἀγάω admiror: valdè enim ea admiramur, quibus delectamur.

Ἀγανακτέω, ήσω, Doleo, indignor; ab ἄγαν & ἄχος dolor; ut ſit qu. intimo dolore excrucior; vel ab ἄγαν & ἄγω frango, dolor enim quaſi frangit animum: vel denique ab ἄγαν & ἀχθομαι ægrè fero.

Ἀγανὸς, ὴ, ὸν, Manſuetus; ab α epitatico & γάνος gaudium, ut ſit in quo quis delectari poſſit.

Ἀγάπαι, ῶν, αἱ, convivia ad amorem conſervandum inſtituta; ab ἀγάπη amor.

Ἀγαπάω, ήσω, Amo; ab ἀγάπη, amor.

Ἀγάπη, ης, ἡ, Amor; ab ἄγαν valdè & πιέω facio, quòd amor ſit valdè operativus; vel q. ἄγει χεὶ πᾶν; quòd ſolent homines omni modo ſe movere ad rem amatam: vel etiam ab ἄγαν valdè & παίομαι quieſco; in iis enim acquieſcimus, quæ diligimus: vel denique ab ἄγαν & πάω poſſideo; avidè enim poſſidemus & amplectimur ea quæ amamus.

Ἀγασυλλὶς, ίδος, ἡ, Fruticis genus; ita dictum, quia ἄγαν συλᾶται, i. e. valdè ſpoliatur, eſt enim præſtans ejus lacryma.

Ἀγάω, Demiror, invideo; ab ἄγαν nimis, nimietas enim cujuſque rei eſt cauſa admirationis vel invidiæ.

Ἀγγαρεύω, εύσω, Cogo ad currendum vel aliquid ferendum; vox origine Perſica; ab ἀγγαρεῖς, qui apud Perſas e-

rant regum tabellarii ſeu nuncii publici, quos hodie *poſtas* vocamus; quibus etiam equos hominéſque ad literas ferendas cogendi commiſſa ſit poteſtas,

Ἀγγεῖον, ου, τὸ, Vaſculum; diminutivum ab ἄγγος vas,

Ἀγγέλω, Nuncio; q. ἀνὰ λέγω, i. e. iterum dico, renuncio; vel quaſi ἀγέλλω ab ἄγω fero, quòd ἄγγελος mittentis nuncium ferat: aliter ex ἀνὰ & κέλλω moveo, qui enim mittitur ad rem aliquam renunciandam, loco movetur.

Ἄγγελος, ου, ὁ, Angelus, nuncius; nomen officii, non naturæ; ab ἀγγέλλω nuncio.

Ἄγγος, εος, ους, τὸ, Vas quodlibet; ab ἄγω fero, quòd ſit rebus ferendis idoneum, vel ab Hebræo (אַגָּן) *aggan* crater.

Ἀγείρω, Congrego, colligo; ab ἄγω duco; vel ab ἄγαν & εἴρω necto; collectio enim eſt q. rerum connexio: vel etiam ab Hebræo (אָגַר) *agar* congregavit.

Ἀγελεία, ας, & Ἀγελὶς, ίδος, Prædatrix; παρὰ τὸ ἄγειν τὴν λείαν, i. e. ab abigendo prædam.

Ἀγέλη, ης, ἡ, Grex, ab ἄγω duco, quòd greges in unum cogantur.

Ἀγενεαλόγητος, ου, ὁ, ſine genere, i. e. cujus generis origo reddi non poteſt; ab α priv: & γενεαλογητός.

Ἀγέραχος, ου, ὁ, ſignificat
1. Honoratus, ſuperbus, q. ἄγαν γέρας ἔχων, i. e. magno munere honorario donatus.
2. Ferox; q. ἄγριόν τι ἔχων, naturæ feritate quadam præditus.
3. Levis; quia ῥᾴον ἄγεται ὄχῳ, curru facilè vehitur.

Ἀγήνωρ, ορος, ὁ, Strenuus; ab ἄγαν & ἀνὴρ vir, ut ſit animo planè virili præditus.

Ἁγιος, ου, ὁ, Sanctus; ab ἄγος veneratio, quòd ſancti ſint veneratione digni; vel ab α pr: & γαῖα terra, quòd ſancti res terrenas minimè meditentur.

Ἀγκαὶ,

Ἀγκύ, αἱ, Ulnæ; ab ἀγκὼν cubitus, vel curvatura brachii: vel ab ἄγκειμαι pro ἀνάκειμαι recumbo, quòd in ulnas recumbere ſolemus.

Ἄγκιστρον, ου, τὸ, Hamus; ab ἀγκύλος curvus, vel ab ἄγω ſursùm & κίω eo, quòd ad nos redeat, & ſursùm tollatur.

Ἀγκόλη, ης, ἡ, Ulna; ab ἀγκὼν idem.

Ἀγκονέω, Studiosè in opere verſor; ab ἀνὰ & κονέω feſtino.

Ἄγκος, ους, τὸ, Vallis; παρὰ τὸ ἀνακεῖσθαι quòd loco humili ſubſidat & quaſi recumbat: vel q. ἄγχος ab ἄγχω ſtrangulo, quòd valles ab imminentibus montibus q. præfocentur.

Ἀγκύλος, η, ον, Curvus, aduncus; ab ἀγκὼν cubitus, qui incurvatur.

Ἄγκυρα, ας, ἡ, Anchora; ab ἀγκύλος, aduncus; quia unco morſu alligat navem, & ῥέω fluo: vel ab ἀνὰ rurſus & χωρέω eo, quòd demiſſa poſtea attollatur, & eò redeat, unde primùm fuerat dejecta: vel quòd facit naves abeuntes ἀναχωρεῖν.

Ἀγκὼν, ῶνος, Cubitus; ab ἀνακεῖσθαι, quòd in eum recumbamus.

Ἀγλαὸς, ὴ, ὸν, Splendidus; ab ἀγλαΐη ſplendor.

Ἄγναφος, ον, Impexus; ab ἀ priv: & γναφεὺς fullo; ut ſit pannus, cui fullo manum non impoſuit.

Ἀγνοέω, Ignoro; ex ἀ priv: & νοέω intelligo.

Ἁγνὸς vel ἀγνὸς, ὴ, ὸν, Purus, Caſtus; q. ἄγαμος ſine uxore, vel q. ἄγονος ſine prole; vel ab ἄγαν & γάνος gaudium, quòd puri habeant unde lætentur: vel etiam ab ἄγος veneratio, quòd veneratione ſint digni: vel denique ab ἀ priv: & γινώσκω noſco; ut ſit, quæ virum non novit.

Ἄγνος, ου, ἡ, Vitex ſemen exiccans, & caſtitati ſerviens; ideò ducitur ab ἁγνὸς caſtus, vel ab ἄγονος q. ſine γονῇ vel ab ἄγαμος q. ſine γυναικὶ i. e. uxore.

Ἄγνυθες, Lapides, quos ſtamini inter texendum appendunt textores; ab ἄγειν & ὄθω, i. e. ducendo & currendo, quòd motûs celeris ſint cauſæ.

Ἀγνωσία, ας, ἡ, Ignorantia ; ab α priv: & γνῶσις notitia.

Ἀγορά, ᾶς, ἡ, Forum; ab ἀγείρω congrego, ut sit locus, in quẽ populus congregatur, & ubi res venales exponi solẽt.

Ἀγοράζω, άσω, Amo ; ab ἀγορά forum; quòd in foro res proftent venales.

Ἄγος, εος, τὸ, { 1. Veneratio ; ab ἄζω vel ἄζομαι veneror. 2. Scelus ; ab ἅμα simul & γάω nascor, quòd peccata non sint solitaria, sed plura simul nascantur.

Ἀγοστέω, ῶ, Immundus sum ; ab ἄγος scelus.

Ἀγοστὸς, ῦ, ὁ, Manûs pars, aliis interior, aliis exterior ; ab ἄγω, quòd illic φέρεται τὰ ὀστᾶ τῆ δακτύλων, inquit *Eustathius*.

Ἀγρα, ας, ἡ, Captura, præda ; ab ἀγρὸς ager, quia ibi fit.

Ἀγραμματος, ὁ ἡ, ἡ, Illiteratus ; ab α priv: & γράμμα litera.

Ἀγραυλέω, In agris sub dio dego, sive noctu sive interdiu ; ex ἀγρὸς ager, & αὐλίζομαι stationem habeo.

Ἀγρεύω, εύσω, Venor, venando capio ; ab ἀγρὸς ager, in quo fit venatio.

Ἀγριέλαιος, ου, ὁ, Oleaster, olea agrestis ; ab ἄγριος agrestis & ἐλαία olea.

Ἀγρὸς, ῦ, ὁ, Ager, ab ἄγω duco, quòd eò ducantur pecora : vel ab ἀγείρω congrego, quòd exinde congregentur ad victum necessaria : vel ab α priv: & γῆρυς vox, sonus, quòd rus sit locus strepitu carens : vel etiam ab α epit: & γράω edo, quòd pecoribus ibi edentibus pabulum præbeat : vel deniq; ad ἀρόω aro, interposito γ.

Ἀγρυπνία, ας, ἡ, Insomnium, vigiliæ ; ab α priv: & γρὺ minimùm, & ὕπνος somnus ; ut de eo dicatur, qui ne minimùm quidem dormivit.

Ἄγρωστις, ιος, ἡ, Gramen, graminis species, dr. quòd ἐν ἀγρῷ, i. e. in agro nascatur.

Ἀγυιὰ, ᾶς, ἡ, Vicus ; dictus ἀπὸ τοῦ δι' αὐτῆς ἄγειν ἡμᾶς τὰ γυῖα, i. e. quòd pedibus vicos perambulemus.

Ἀγυιεὺς,

Ἀγυιεὺς, έως, ὁ, Cœtus, congregatio; ab ἀγορὰ forum, in quo conventus fieri ſoleant: vel ab α & γυῖον, circulus, quòd audientium turba ut plurimùm ſtet circulariter in modum Coronæ.

Ἀγύρτης, ου, ὁ, Circulator; dictus, quòd ἀγείρει τὸν λαὸν, i. e. populum congregat, ut pharmaca ſua oſtentet & divendat.

Ἄγχι, Propè; q. ἄμ' ἔχω, i. e. juxtà poſitus ſum.

Ἀγχω, Strangulo; ab ἀνὰ pro ἄνω ſurſùm, & ἔχω teneo, quòd ſtrangulati ſurſùm tollantur.

Ἀγὼν, ῶνος, ὁ, 1. Certamen; ab ἄγω ago, nempe ſtrenuè, & virilitèr; vel q. ἄγων τὰ ἀνία quòd certamen moleſtiam afferat. 2. Locus certaminis; dictus ab α priv: & γωνία angulus, quòd eſſet circularis & ſine angulis.

Ἀδάπανος, ον, ὁ, Gratuitus, ſine ſumptu, ab α priv: & δαπάνη ſumptus.

Ἀδελφὸς, οῦ, ὁ, Frater; ab α congr: & δελφὺς uterus; qui ex eodem utero provenit.

Ἀδέω, ήσω, Placeo; à Dorico ἁδὺς pro ἡδὺς dulcis, quòd res dulces naturæ placeant.

Ἄδηλος, ον, ὁ, Obſcurus, incertus; ab α priv: & δῆλος manifeſtus.

Ἀδημονέω, ήσω, Graviſſimè angor; ab ἄδω ſatio, ut ſit q. nimiâ dolorum ſatietate fatiſcere: vel α priv: & δῆμος populus; ut is propriè dicatur ἀδημονεῖν qui præ dolore populi conſortium fugit.

Ἄδην, Affatim, ab ἄδω ſatio.

Ἀδινὸς, ὴ, ὸν, Confertus; ab ἄδω ſatio; vel ab α pr: & δινέω circumago; quòd conferta turba non facilè circumagatur.

Ἀδρὸς, ὰ, ὸν, Multus, magnus; ab ἄδω affatim, vel ab ἄδω Dor: pro ἥδω delecto, quòd abundantia delectet.

Ἄδω, ἄσω, ᾆκα, Satio, expleo; fortè ab α auctiv: & δόω δῶ do; quòd qui ſatiat, abundè dat.

Ἀεθλος,

Ἄεθλος, ου, ὁ, Certamen, labor; ex α auctivo, & θλάω, frango: vires enim luctatio debilitat, & frangit. Ἄεθλον, præmium certaminis, ab α epit: & ἐθέλω volo, ut ſit quod quis habere valdè velit.

Ἀεί & αἰεί, Semper; ab α intendente, & εἰμὶ ſum; verè eſſe eſt ſemper eſſe.

Ἀείδω, σω, Contractè ἄδω, σω, cano; propriè de Poetis; ab α auctiv: & οἶδα ſcio, quòd Poëtæ eſſent doctiſſimi.

Ἀείρω, ρῶ, κα, Tollo, q. εἰς ἀέρα αἴρω in aërem levo, ſive ſublimè rapio.

Ἀελλα, ης, ἡ, Procella, turbo; ab ἄημι ſpiro; & ἐλεῖν tollere; quòd multa ἐν τῷ ἄειν εἷλε, i.e. ſpirando & flando abſtulit: vel ducatur ab ἄω, ſpiro, & εἰλέω, circumago, turbo enim eſt ſpiritus convolutus, & circumgyratus; vel quòd ἀεὶ λαὶ, valdè ſpirat.

Ἀέξω, (vel αὔξω) ήσω, ηκα, Augeo, ab α auctiv: & ἔχω, ἕξω habeo, ſcilicet, in honore, & quaſi magnifacio.

Ἀετὸς, οῦ, ὁ, Aquila; ex α intenſivo & ἔτος, εος, τὸ annus; quòd diu vivat & juventutem ſuam redintegret: vel ab ἀίσσω cum impetu feror, quòd ſit ales impetuoſus.

Ἄζω, Sicco; ab α priv: & ζῶ vivo; quòd ii, quibus humidum radicale periit, moriantur.

Ἀηδὼν, όνος, ἡ, Luſcinia; ab ἀείδω cano; quòd ſuavitèr cantillet.

Ἀὴρ, ἀέρος, ὁ, Aer; videtur derivari ab ἄω vel ἄημι ſpiro; quòd in aëre ſpiramus; vel ab αἴρω attollo, quòd ſupra terram ſit elevatus; vel ab ἀεὶ ſemper & ῥεῖν fluere, quòd à vento agitetur & perpetuo ſit in fluxu.

Ἀήσυλος, Moleſtus; ab α priv: & ἅσις oblectatio.

Ἀθήλγω, Mulgeo; à θηλὴ papilla, ex qua lac elicitur; vel ab α congr: & θέλγω mulgeo.

Ἄθεσος, ου, ὁ, Irritus; ab α priv: & τίθημι pono, ratum facio.

Ἀθηνᾶ,

Ἀθηνᾶ, ᾶς, ἡ, Minerva, q. θεία νόησις, tanquam mens dei; vel q. ἀθήλη, ab α priv: & θηλάζω, lacto, quòd non ſit lacte nutrita; vel q. ἀθρήνη ab ἀθρέω video, quòd res futuras prævideat.

Ἀθήρ, ἐρος, ὁ, Ariſta; ab α epit: & θέρος æſtas; quòd arıſtæ in æſtate colligantur: vel ab α priv: & θήρ fera, quòd ariſtis ſtantibus feris capiendis non ſit tempus idoneum.

Ἄθλος, υ, ὁ, Contractum ex ἄεθλος, υ, ὁ, certamen, q.d. ἀεὶ pro ἀεὶ πλᾶς à part. aor. 2. ἔτλων, quod eſt à τλῆμι tolero. q. in quo quis ſemper tolerat.

Ἀθρόος, α, ον, 1. Confertus; ab ἅμα ſimul & θρῶ cum ſtrepitu ruo; vel ab ἀθήρ ariſta; ut ſit confertus eo modo quo in ariſtis grana. 2. Repentinus, quaſi ἄνευ θρόου, i. e. ſine clamore & ſtrepitu.

Ἀθύρω, Ludo; ab α priv: & θύρα Janua; quòd extra fores ludi ſoleat: vel ab α epit: & θύω cum impetu feror; quòd pueri ad ludendum impetu ferri ſoleant.

Ἀθῷος, α, ον, Impunis, innocens; ab α priv: & θωὴ mulcta, ut ſit non mulctatus.

Αἰάζω, Lugeo; ab αἰὶ lugentium ſono.

Αἰανὸς, ὴ, ὁ, { 1. Luctuoſus; ab αἰὶ αἰὶ factum volunt. 2. Perpetuus; ab αἰὲν ſemper.

Αἰγανέα, ας, ἡ, Jaculi genus; ab αἴξ capra, quòd jaculorum anſæ ſive amenta fierent è loris caprinis; vel quòd hujuſmodi jacula in capras mitterentur.

Αἴγειρος, ου, ὁ, Populus nigra; dicta παρὰ τὸ ἐκ τῆς γῆς αἴρεσθαι, q. citò ex terra progerminet: vel q. ἔγειρος ab ἐγείρω excito, quòd ſit arbor procera & in altũ q. excitata.

Αἰγιαλὸς, ὴ, ὁ, Littus; videtur ſic dici παρὰ τὸ ἄγειν τὰ ἅλα à frangendo mari, h. e. marinis fluctibus; vel quòd ſit ἄλα γειτνιῶν καὶ ἁλὸς terra mari proxima.

Αἰγιθαλὸς, ὴ, ὁ, Parus; dr. παρὰ τὸ ἐξ αἰγὸς τεθηλακέναι; quòd ſoleat ex capra ſugere.

Αἴγιλος,

Αἴγιλος, ου, Herbæ genus; ab αἴξ Capra; quòd capris gratum sit.

Αἰγὶς, ίδος ἡ, { 1. Pellis caprina; ab αἴξ, γὶς, capra.
2. Procella; ab αἴσσω cum impetu ruo.

Αἰγυπιὸς, οῦ, ὁ, Vultur, à γὺψ idem.

Αἰγωλιὸς, οῦ, ὁ, Ulula; ab ἀεὶ semper, & γωλιὸς Spelunca; quòd in speluncis locisque obscurioribus semper lateat interdiu.

Ἀΐδης, & ᾅδης, ου, ὁ, Infernus; Sepulchrum. Dr. ab α priv. & εἴδω video; quòd sint loca tenebricosa.

Ἀΐδιος, ου, ὁ, Æternus; ab ἀεὶ semper.

Αἰδὼς, όος, οῦς, ἡ, Pudor; ex α priv: & εἴδω video; oculos præ pudore dejicimus & non intuemur.

Ἀΐζηὸς, οῦ, ὁ, Juvenis, ab ἀεὶ semper, & ζέω ferveo; juventus enim ætas est fervida; vel ab αἷμα sanguis, & ζέω ferveo, quòd juvenibus sanguis soleat fervere.

Αἰθάλη, ης, ἡ, Fuligo; ab αἴθω uro; fit enim ex ustione.

Αἰθὴρ, έρος, ὁ, Æther; ab αἴθω splendeo, quòd sit luce coruscus; vel ab αἴθω uro, quia videtur sideribus ardere, quæ sunt velut ignes cœli; vel ab ἀεὶ semper & θεῖν currere, quòd perpetuo sit in motu.

Αἰθίοψ, οπος, ὁ, Æthiops; ab αἴθω uro, & ὄψ vultus; quòd Ethiopes nigrâ & ustâ sint facie.

Αἴθρα, ας, ἡ, Aeris serenitas; ab αἰθὴρ æther.

Αἴθυια, ας, ἡ, Mergus; ab αἴθω uro; quòd flammeo sit colore.

Αἴθω, Uro; ab ἀεὶ θέω semper curro; quòd ignis natura sit valdè agilis.

Αἰκάλλω, Blandior; ab ἀεὶ semper, & κάλλος pulchritudo; quòd homines pulchritudini semper adblandiantur: vel q. ἀεὶ καλῶς λέγω semper benè dico.

Αἰκία, ας, ἡ, Verberatio; quòd sit ἀεικὴς, i. e. indecens & infamis.

Αἴλουρος, ου, ἡ, Felis; ab αἰόλλω vario & οὐρὰ cauda, quòd caudam in varias formas subinde mutet & circumverset.

Αἷμα,

Αἷμα, ατος, τὸ, Sanguis; ab αἴθω ardeo, quòd ſanguis caloris ſit fomes: vel ab ἅμα ſimul.

Αἱμασιὰ, ᾶς, ἡ, Sepes, quæ habet ſpinas, quibus contingit animalia αἱμάσσεσθαι, i. e. cruentari.

Αἱμαϛεκχυσία, ας, ἡ, Sanguinis effuſio; ab αἷμα ſanguis & ἔκχυσις effuſio, quod ab ἐκχέω effundo.

Αἱμορῥοΐσσα, ης, ἡ Sanguinis profluvio laborans, ab αἷμα ſanguis & ῥέω fluo.

Αἷμος, ου, ὁ, Locus arboribus denſus, dumus; ab αἱμάσσω cruento, quòd ibi ambulantes facilè cruentantur.

Αἱμύλος, η, ον, Blandus: ab αἷμα ſanguis, quòd ii, in quibus maximè dominetur ſanguis, ſint ut plurimùm blandiores.

Αἱμωδέω, ήσω, Obſtupeſco; de dentium ſanguinolentorum dolore; ab αἷμα ſanguis & ὀδὼς dens: vel forſan ab αἷμα ſanguis & οἰδάνω tumeo, quòd tum demùm dentes afficiantur, cùm circa gingivas ex corrupto ſanguine oriantur tumores.

Αἴνιγμα, ατος, τὸ, Ænigma, oratio obſcura; ab αἰνίσσομαι obſcurè ſignifico.

Αἶνος, ου, ὁ, Laus; ab ἀεὶ ſemper & νόος mens; quòd cujuſque animo laus ſit grata: vel ab αἴνυμαι capio, quòd laudem nemo non capere velit.

Αἰνὸς, ὴ, ὁν, Gravis; ab αἰ heu; vel per ſyncopen ex αἰανὸς luctuoſus; vel etiam ab αἶνα dolor.

Αἴνυμαι, Capio; ab αἰνέω laudo, approbo; ut ſit electum & animo approbatum capio.

Αἴξ, γὸς, ὁ καὶ ἡ, Capra; ἀΐσσω, ξω, cum impetu ruo; quòd ſit animal impetuoſum.

Αἰόλος, η, ον, { 1. Varius; ab α priv: & ὅλως totaliter; quòd non ſit totaliter idem ſeu uniforme; vel q. ἀεὶ ἄλλος ſemper alius.
2. Velox; ab ἄελλα procella.

Αἰονάω, Aſpergo; ab ἀεὶ ſemper, & νάω fluo; aſperſio non ſit ſine humidi fluxione.

Αἰπὺς,

Αἰπὺς, εῖα, ὺ, Altus; ab ἀπὸ ab, ſeorſim; ob diſtantiam; vel ab ἄπος altitudo.

Αἶξ, ος, ὁ, Malleus; ab αἴρω tollo; quia inter cudendum tollitur.

Αἵρεσις, ιος, ἡ, Hæreſis, ſecta; ab αἱρέω eligo.

Αἶσα, ης, ἡ, Fatum; q. ἀιεὶ ἴση ſemper æqualis, quòd nunquam mutetur; vel quòd omnes æquet; vel quòd ἀιεὶ ἓσα ſemper exiſtens, i. e. unum & idem.

Αἴσιος, α, ον, Fauſtus; ab αἶσα fatum.

Ἄϊσσω, Cum impetu ruo; ab ἀ epit: & ἴσσω eo.

Αἴσυλος, ε, ον, Iniquus; ab ἀιεὶ ſemper & συλάω prædor; quòd res alienas deprædetur.

Αἰσυμνήτης, ου, ὁ, Certaminis præſes; ὃς τὸ αἴσιον νέμει, quòd ejus erat unicuique ſecundùm certaminis eventum βραβεῖα, i. e. præmia diſtribuere.

Αἶσχος, εος, τὸ Dedecus, turpitudo; ab ἀ priv: & ἴσχω retineo; ut ſit ὃ ἔχ ἄν τις ἔχειν θέλοι, id quod nemo habere velit.

Αἰσχροκερδής, ές, Turpem quæſtum faciens; ab αἰσχρὸς turpis & κέρδος lucrum.

Αἰσχρολογία, ας, ἡ, Turpitudo verborum; ab αἰσχρὸς turpis & λόγος ſermo.

Αἰσχύνη, ης, ἡ, Pudor; ab ἀ priv: & ἴσχω contineo.

Αἰτία, ας, ἡ, Cauſa, culpa; ab αἰτέω poſtulo; nempe cujus causâ quis poſtulatur, ſc. ad pœnas dandas.

Αἴτης, ου, ὁ, Qui libidinosè amatur; ab αἰτέω peto.

Αἰφνίδιος, α, ον, Repentinus; ab adverb: αἴφνης ſubitò, q. ἀφανὴς ab ἀ pr: & φαίνω appareo.

Αἰχμάλωτος, ε, ὁ, Captivus; ab αἰχμὴ cuſpis & ἁλωτὸς captus, ut ſit captus cuſpide.

Αἰχμὴ, ῆς, ἡ, Cuſpis, mucro; παρὰ τὸ χέειν αἷμα à fundendo ſanguine.

Αἶψα, Statim, Adverbium; ab ἄπτω accendo; vel ab αἴσσω cum impetu feror; vel ab ἀ epit: & ψάω tango, ut ſit q. metam celeritèr contingere.

Αἰὼν,

Αἰὼν, ῶνος, ὁ, Ævum, æternitas; q. ἀεὶ ὢν ſemper exiſtens.

Αἰωρέω, Surſum tollo; ab ἄωρος tollo.

Ἀκαδήμεια, ας, ἡ, Academia; locus fuit Athenis, ab Academo dictus, qui Muſis eum conſecravit; ab ἄκος remedium & δῆμος populus; quòd inſcitiæ ſuæ remedium populus inde petat.

Ἀκάθαρτος, ος, ὁ, Impurus; ab α pr: & καθαρτὸς, quod à καθαίρω purifico, purgo.

Ἀκακος, ος, ὁ, Innocens; ab α pr: & κακὸς malus.

Ἀκαλήφη, ης, ἡ, Urtica; ab α priv: καλὴ & ἁφὴ, quia non bona tactu, i. e. non tangitur ſine noxa.

Ἀκαλὸς, ὴ, ὁ, Quietus; ab ἧκα quietè.

Ἀκανθα, ης, ἡ, Spina; ab ἀκὴ acies, quòd ſit acuta; vel ab ἀκὴ & ἄνθος flos, quòd ejus floribus ſpinæ ſint implexæ.

Ἀκαρ, Minutiſſimum animal quoddam, dictum q. ἀκαρὲς, i. e. q. inſectile.

Ἀκαρνα, ης, ἡ, Genus plantæ; ab ἀκὴ acies; eſt enim planta ſpinoſa.

Ἄκαρπος, ος, ὁ, Infructuoſus; ab α priv: & καρπὸς; fructus.

Ἀκατάγνωστος, Qui damnari non poteſt; ex α priv: & καταγινώσκω, condemno.

Ἀκαλύπτος, Non opertus; ex α priv: & καλύπτω tego, operio.

Ἀκατάκριτος, ος, ὁ, Cui indicta cauſa; ex α priv: & κατάκριτος damnatus, quod eſt à κατακρίνω condemno.

Ἀκατάλυτος, ος, ὁ, Indiſſolubilis; ex α priv: & καταλυτὸς; quod à καταλύω diſſolvo; à κατὰ & λύω ſolvo.

Ἀκατάπαυστος, ος, ὁ, Ceſſare neſcius; ex α priv: & καταπαύω cohibeo, item requieſco.

Ἀκατάστασία, ας, ἡ, Seditio, tumultuatio; ex α priv: & κατάστασις collocatio cujuſque rei in ſedem ſuam, à καθίστημι colloco, conſtituo.

Ἀκατάσχετος, ος, ὁ, Qui coerceri non poteſt; ex α priv: & κατάσχετος.

Ἀκα-

Ἀκάλος, ου, ὁ, Genus navigii actuarii ; ab ἄγω ago, quia agitur remis.

Ἀκέραιος, Innocens, sincerus ; ex α priv: & κέρας cornu ; ut sit qui ad lædendum cornua non habet : vel, ut alii malunt, ex α priv: & κεράω misceo, ut sit integer & sincerus.

Ἀκή, ῆς, ἡ, Mucro, cuspis ; ab α epit: & κάω findo, quia perforando res q. diffindit.

Ἀκλαὶ, ἀκλάων, Tacitè, quasi non hiscendo ; ab α priv: & χαίνω, hisco.

Ἀκλινδὴς, ές, ὁ, Infirmus ; ab α priv: & κινέω moveo.

Ἀκινάκης, ου, ὁ, Acinaces, gladius Persicus ; ab ἀκὴ cuspis.

Ἀκλινὴς, ἐος, ὁ ἡ, Non vacillans ; qui neque huc, neque illuc inclinatur, ex α priv: & κλίνω flecto.

Ἀκμάζω Maturus sum ; ab ἀκμὴ ætas consistens, sive vigor ætatis.

Ἀκμὴ, ῆς, ἡ, Cuspis ; ab ἀκὴ idem.

Ἄκμων, ωνος, ὁ, Incus ; ab α priv: & κάμνω fatigor, quòd nullis ictibus fatigetur.

Ἀκόλουθος, ου, ὁ ἡ, Pedissequus, pedissequa ; ab α congre: & κέλευθος via, ut sit qui vel quæ eadem via sequitur.

Ἀκόνη, ης, ἡ, Cos ; ab ἀκὴ cuspis, quia ad acuendum adhibetur : vel ab α epit: & κονέω operor ; quòd ferrum cote acuminatum ad opera magis sit idoneum.

Ἄκορον, ου, τὸ Herba quædam, quæ κόρας i. e. pupillis oculorum medetur, & inde nomen habet.

Ἀκοστὴ, ῆς, ἡ, Hordeum ; ab ἄκος remedium, & ὀστέον os ossis ; quia roborat ossa ; aut ab ἀκὴ cuspis, quia acuminata est spica.

Ἀκούω, σω, κα, Audio, ab ἀκὴ acies ; acutus enim est sensus audiendi.

Ἀκρασία, ας, ἡ, Intemperantia ; ex α priv: & κρᾶσις mixtio, temperamentum.

Ἄκρατος, ου, ὁ, ἡ, Merus ; ab α priv: & κεράννυμι misceo.

Ἄκρατον,

Ἄκρατος, Merum, vinum non miſtum; ex α priv: & κεράννυμι miſceo.

Ἀκρέμων, ονος, ὁ, Grandis ramus; ab ἄκρον, ſummitas; q. ἐπ' ἄκρῳ μένων in ſummitate manens, quòd majores rami à ſummitate arboris ſuos expandant ramuſculos.

Ἀκριβὴς, ής, ές, Accuratus; ab ἄκρος & βαίνω gradior, quòd ad ſumma ſcandat.

Ἀκρὶς, ίδος, ἡ, Locuſta; ſic dicta quia ἄκρας κείρει, i. e. ſummitates plantarum depaſcitur.

Ἀκροάομαι Audio; ab ἀκήω idem; vel ab ἀκὴ acies; quòd ſenſus audiendi ſit acutus.

Ἀκροβυσία, Præputium; ex ἄκρος extremus & πόσθη membrum virile: vel potius ex ἄκρος extremus & βύω tego, quòd extremam pudendi partem tegat.

Ἀκροθίνια, Spolia præcipua, frugum primitiæ, ab ἄκρον ſummum & θῖνες acervi frumentorum & hordei, quaſi τὰ ἄκρα θινὸς ſummitates acervi, quòd primitiæ ex ſummitate acervi excerpantur.

Ἄκρος, α, ον, Summus; ab ἀκὴ cuſpis; quòd rerum ſummitates acutæ eſſe ſoleant.

Ἀκρωτήριον, ου, τὸ, Cacumen; ab ἄκρος ſummus.

Ἀκτὴ, ῆς, ἡ, Littus; ab ἄγνυμι frangor; littus enim perpetuo aquarum aſſultu frangitur & atteritur.

Ἀκτὶν, ῖνος, ἡ, Radius ſolaris; ab ἄγω frango; radii ſolares facilè refringuntur.

Ἀκυρόω, ώσω, Abrogo; ab α pr: & κυρόω ſum; vel ab α pr: & κῦρος authoritas; propriè enim ſignificat, omni imperio & authoritate ſpoliare.

Ἀκωλύτως, Nemine prohibente; ex α pr: & κωλυτὸς qui prohiberi poteſt, à κωλύω impedio.

Ἄκων & ἄκοις, ονος, ὁ, Jaculum; ab ἀκὴ cuſpis, quia acutum.

Ἄκων, ἀέκουσα, ἄκον, Invitus; ab α pr: & ἑκὼν volens.

Ἀλάβαστρον, ου, τὸ, vel ἀλάβαστρος, ου, ὁ, Alabaſtrum; ab α pr: & λαμβάνω capio, quòd propter lævorem difficulter manibus prehenditur.

Ἀλαζὼν,

Ἀλαζὼν, όνος, ὁ ἡ, Jactator; ab ἀλάομαι erro; vel quasi ἐν ἄλῃ ζῶν, i.e. in errore vivens: alii ab α epit: & λαΐζομαι capio; quia plus æquo sibi assumit.

Ἀλαλὴ, ῆς, ἡ, Vox militum ante pugnam; à sono, vel à λάω loquor.

Ἀλάλητος, Inenarrabilis; ex α priv: & λαλητὸς dictus, vel quod dici potest.

Ἀλαλητὸς, οῦ, ὁ, Vociferatio quædam militaris; ab ἀλαλή.

Ἀλαλος, ος, ὁ, Mutus, qui prorsùs fari non potest, ut infantes; ex α pr: & λάλος vocalis.

Ἀλάομαι, ήσομαι, Vagor; ab ἄλη error; vel ab α pr: & λάω video; quòd in tenebris errare sit facile.

Ἀλαὸς, ὰ, όν, Cæcus; ab α pr: & λάω video, vel ab ἀλάομαι erro, quòd cæci facilè errent.

Ἀλαστὸς, ὸν, ὁ ἡ, Non oblivisendus, ab α pr: & λανθάνομαι lateo, obliviscor.

Ἄλγος, εος, τὸ, Mœror; ex ἀλέγω solicitus sum; aut quòd sermonis amorem tollat, ab α priv: & λόγος verbum.

Ἀλδέω, ήσω, Augeo; ab ἅλις abundè.

Ἀλέα, ας, ἡ, Calor solaris; ab ἕλη splendor, quem calor sequitur.

Ἀλεὴ, ῆς, ἡ, Fuga; ab ἀλέω vito.

Ἀλεισον, ου, τὸ, Poculum cælatum; ab α priv: & λισὸς lævis; quòd fit minimè glabrum.

Ἀλείφω, Ungo; ab α congr: & λίπος pinguedo; quòd unctio ut plurimùm fiat illitâ pinguedine.

Ἀλέκτωρ, ορος, ὁ, Gallus, qui cantu homines excitat, ut lectum relinquant; ab α priv: & λέκτρον lectus.

Ἀλέξω, ξέω, ήσω, κα, Arceo, opitulor; ab ἀλκὴ robur, quod requiritur tam ad hostes depellendos, quàm amicos adjuvandos.

Ἀλέω, ήσω & έσω, ηκα, Molo; ab ἐλάω agito, moveo; mola est machina mobilis.

Ἀλέω, Vito; ab ἐλάω abigo.

Ἀλη,

Ἄλη, ης, ἡ, Error; ab α priv: & λάω video; quòd cùm luce careamus, erremus quàm facillimè.

Ἀληθὴς, έος, ὁ, ἡ, Verus; ab α priv: & λήθω lateo; quia Veritas non amat latere.

Ἀλίγκιος, ου, ὁ, Similis; ab α congr: & λίγγω ſtrideo; q. non abſonus ſtridore.

Ἁλιεὺς, έος, ὁ, Piſcator; ab ἅλς mare, quòd in eo potiſſimùm operetur.

Ἁλίζω, Sale condio; ab ἅλς ſal.

Ἄλιμος, ου, ὁ, Frutex quidam; ab α priv: & λιμὸς fames; quòd eo admorſo fames non ſentiatur; vel qu. ἅλιμος ab ἅλς mare, quòd in locis maritimis naſcatur.

Ἀλιτέω, ήσω, Pecco; ab ἄλη Error.

Ἀλκὴ, ῆς, ἡ, Robur; ab ἀλέα calor. Robur à calore; frigus eſt pigrum.

Ἄλκω, Inuſ. unde ἀλάλκω arceo, exertâ vi; ab ἀλκὴ robur.

Ἀλλὰ, Sed; ab ἄλλος alius.

Ἀλλᾶς, ᾶντος, ὁ, Lucanica, botulus; ab ἀολλέω acervo, quia boli in eo coacervantur.

Ἀλλάσσω, Muto; ab ἄλλος alius; Eſt enim aliud facio, quàm fuit.

Ἀλλόκοτος, ου, ὁ, Inuſitatus, monſtroſus; qu. ἀλλότοκος; ab ἄλλος alius, & τόκος partus; qu. partus alienus.

Ἅλμη, ης, ἡ, Salſugo; ab ἅλς ſal.

Ἀλόη, Aloë; ab ἅλς mare, quòd in locis Indiæ maritimis naſcatur.

Ἅλς, λὸς, ἡ, Mare; quia ſemper ἅλλεται, i. e. ſalit & movetur; vel ab ἁλίζω congrego, quòd mare nihil aliud ſit quàm aqua congregata.

Ἅλσος, εος, τὸ, Saltus; ubi ſtirpes ἅλλονται ſaliunt, i. e. moventur aut progerminant. Idem Latinis *ſaltus* à *ſaliendo*.

Ἅλυσις, εως, ἡ, Catena; ab α priv: & λύω ſolvo, quòd non facilè ſolvatur.

Ἀλυσιτελὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, Inutilis; ex α priv: & λυσιτελέω, quod

componitur à λύω ſolvo, & πίλος ſumptus, ut ſit cujus commodum impenſæ non reſpondet.

Ἀλώπηξ, εκος, ἡ, Vulpes; ab ἀλῶ decipio, & ὤψ vultus; eſt enim animal fallax, & vultu decipit.

Ἅλως, ω, ἡ, Area; in qua fruges ἁλίζονται, i.e. congregantur.

Ἀμαθὴς, ές, ὁ ἡ ἡ, Indoctus, ex α priv: & μανθάνω diſco.

Ἀμαμάκετος, ε, ὁ ἡ ἡ, Qui animo eſt in prælia prompto; indomitus; ab α epit: pro ἄγαν valdè & μαμάω cupio; vel ab α priv: & μάχομαι pugno; ut ſit inexpugnabilis.

Ἀμάλθεια, ας, ἡ, Capra cœleſtis; quæ Jovem lactâſſe fertur; à Dorico ἀμὴ una, & ἄλθω augeo, quòd ea una Jovem nutriit.

Ἀμαλλα, ης, ἡ, Manipulus; quaſi ἅμ' ἄλλα; ἄλλα enim ἡ ἄλλα ἅμα i. e. ſimul capiuntur: vel ab ἅμα & ἀολλίζω, i. e. congrego, colligo.

Ἁμαλὸς, ὴ, ὁ, Mollis, tener; ab ἅπτομαι tango, quòd mollia ſine damno tangantur: vel ab α inten. & μῆλον ovis, cujus lana mollis eſt.

Ἅμαξα, ης, ἡ, Currus; ab ἅμα ſimul & ἄγω ἄξω duco; quòd multa in curru ſimul ducuntur, i. e. vehuntur; vel q. ἅμα ἄξονι, i. e. cum axe rotæ, circa quem hæc agitur.

Ἀμάρυξ, υξ, ἡ, Aquæ ductus; ab ἅμα ſimul & ῥέω fluo; ex quo magna aquarum copia ſimul exuberat: vel παρὰ τὸ ἅμη ἄρυσις, quòd ligone vel rutro fiat.

Ἀμάραντος, ον, ὁ ἡ ἡ, Non marceſcens; ab α priv: & μαραίνω marceo.

Ἁμαρτάνω, ήσω, ηκα, Pecco; ab ἅμα ſimul, & ἁρμὸς apto; non peccant homines niſi apto loco, & tempore opportuno, rebuſque aliis reſpondentibus; vel ab α priv: & μάρπτω ſcopum attingo, ut ſit à ſcopo aberrare.

Ἀμαρύσσω, ξω, κα, Splendeo; à μαίω fulgeo.

Ἀμαυρὸς, ὰ, ὸν, Obſcurus; ab α priv: & μαίω fulgeo; vel ab α priv:

priv: & αὔρα aura; ut sit locus nullâ aurâ, nullâ luce perstrictus.

Ἄμαχος, ου, ὁ καὶ ἡ, Non litigiosus; ab α pr: & μάχομαι pugno.

Ἀμάω, ήσω, ηκα, Meto; fortè ab ἅμα simul, in metendo multa simul secantur, colliguntur, & colligantur.

Ἀμβλόω, ώσω, Hebeto; item abortivum pario; quod fit ex hebetudine seu debilitate virium. *Eustathius* ducit ab ἀναβάλλω retundo.

Ἀμβλὺς, έος, ὁ, Obtusus; ab ἀναβάλλω referio vel retundo; quòd cuspis retusa sit obtusa: vel qu. ἀνὰ βολῆς ab α priv: & βάλλω ferio; sagittæ enim obtusæ, cum minimâ læsione feriunt feras.

Ἀμβρόσιος, ου, ὁ, Immortalis; ab α priv: & βροτὸς mortalis.

Ἄμβων, ωνος, ὁ, Ambo; locus editus; ab ἀμβαίνω ascendo.

Ἀμείβω, ψω, Commuto, alterno, fortè ab ἅμα simul & λείβω fundo, ut sit quasi quid pro quo refundo.

Ἀμείνων, ονος, ὁ καὶ ἡ, Melior, fortior; ab α epit: & μένος robur.

Ἀμέλγω, ξω, χα, Mulgeo; ab ἀμέργω; ρ in λ liquescente; vel ab ἀθέλγω, θ in μ converso.

Ἀμενηνὸς, ὴ, ὸν, Imbecillus; ab α priv: & μένος robur; ut sit cui robur deest.

Ἀμήτωρ, ορος, Qui est sine matre; ab α priv: & μήτηρ mater.

Ἀμήχανος, ον, ὁ καὶ ἡ, Cui non est machina, inexpugnabilis; ab α priv: & μηχανὴ machina.

Ἄμιλλα, ης, ἡ, Certamen; ab ἅμα simul & εἰλέω cogo; quòd certatores se mutuò quasi in angustias cogant; vel ab ἅμα & ἴλλος oculus; certatores cautè alter alterum intuentur.

Ἀμὶς, ίδος, ἡ, Matula; sc. in quam urina ἅμα ἀΐσσει, i. e. simul cum impetu influit, vel εἴσι vadit, it.

Ἄμμιγα, Simul; ab ἀνὰ & μιγνύω misceo,

Ἀμνίον, ου, τὸ, Membrana fœtum involvens; quasi ἄιμνιον ab αἷμα, i. e. à sanguine, qui in illa membrana continetur.

Ἀμνὸς, οῦ, ὁ, Agnus; ab α priv: & μένος robur, quòd sit ani

mal imbelle ; vel ab α priv: & μένω significante iram ; quòd ovis sit pecus placida. Quid meruistis oves placidum pecus ? *Ovid. Met.* 13.

Ἄμορβος, ος, ὁ, Obscurus, qu. ἄμορφος informis, quòd rerum in tenebris latitantiũ formæ non appareant: vel ab ἄμοιρος vacuus & φάος lux, quòd luce careat.

Ἄμιλος, ον, ὁ ἡ ἡ, Insatiabilis ; ab α priv: & μῶλος lineamentum ; ut propriè sit, qui lineamentis vulnerariis oppleri non potest.

Ἄμπελος, ου, ἡ, Vitis, vinea ; qu. ἔμπηλος ab ἐν & πηλὸς vinum, quòd ex uvis, quæ sunt vitium genimina, vinum exprimatur ; vel ab ἀμφὶ circum & πάλλω ago, verso ; quòd vinum immodicè sumptum bibentes circumagat : vel etiam ab ἅμα simul & πάλη lucta, quòd non sine labore, & lucta colitur.

Ἀμπελουργὸς, ου, ὁ, Vinitor ; ab ἄμπελος vitis, & ἔργον opus, qui circa vites colendas operam exercet.

Ἄμπυξ, υκος, ὁ ἡ ἡ, Reticulum muliebre ; ab ἀμπέχω circundo.

Ἀμυγδαλία, ας, ἡ, Amygdalus ; dr. à corticis ἀμυχαῖς, i. e. qu. scarificationibus.

Ἄμυδρος, ον, ὁ ἡ ἡ, Humidus ; ab ἅμα simul & ὕδωρ aqua : vel ab α epit: & μύρω fluo, quòd loci humidi aquarum scatebris fluunt.

Ἀμύμων, ονος, ὁ ἡ ἡ, Inculpatus ; q. d. ἀμώμων, ab α priv: & Μῶμος, ut sit quem nec Momus possit arguere.

Ἀμύσσω, ξω, χα, Rado unguibus ; Etym: ab αἱμάσσω cruento.

Ἀμφαδὸν, Manifestè, apertè ; contractum pro ἀναφανδὸν ex ἀναφαίνω manifesto.

Ἀμφαξονέω, ήσω, Exorbito ; ab ἀμφὶ utrinque & ἄξων axis ; cùm ἄξων currûs in utrumque latus vergit.

Ἀμφίβληστρον, ου, τὸ, Rete ; ab ἀμφὶ utrinque & βάλλω jacio ; quòd cùm in orbem jacitur, complectitur ingens aquæ spatium, & undique pisces concludit.

Ἀμφίδυμος, ον, ὁ ἡ ἡ, Quod utrinque potest δύεσθαι, i.e. subiri ; ab ἀμφὶ utrinque & δύω subeo.

Ἀμφὶς,

Ἀμφὶς, Utrinque, adverbium; ex ἀμφὶ idem.

Ἀμφισβητέω, ήσω, 1. Ambigo, q. in utramq; partem eo; ab ἀμφὶς utrinque & βάω eo.
2. Contendo; ab ἀμφὶς, i. e. χωρὶς seorsim & βάω eo; qui enim cum altero contendit, ejus partes relinquit, & χωρὶς βαίνει, seorsim it.

Ἀμφιτρίτη, ης, ἡ, Oceani & Doridis filia, uxor Neptuni; mare; dr. ab ἀμφὶ circum & τείρω tero, quòd terram circumterat: vel ab ἀμφὶ undiq; & τρέω tremo; quòd in eo navigantes undiquaque terreat: alii ab ἀμφὶ circum & τρίβω tero; alii ab ἀμφὶ & τρέχω curro, quòd terram undique circumfluat; alii etiam à τριτὸς tertius, quia aquæ sunt triplices, dulces, salsæ, mixtæ.

Ἀμφιφορεὺς, ῆος, ὁ, Amphora; ab ἀμφὶς utrinque & φέρομαι feror; ut sit vas duas habens ansas, quibus ferri potest.

Ἀνάγκη, ης, ἡ, Necessitas, fatum; ab ἄγχω cogo, quòd necessitas ad omnia cogat: aliter ab ἀνάσσω regno, quòd necessitas omnibus imperet: aliter ab ἀνάγω impello.

Ἀναδενδρὰς, άδος, ἡ, Arbustum, ramus, vitis; ab ἀνὰ, i. e. ἄνω & δένδρον lignum.

Ἀνάθεμα, τος, τὸ, Quod Deo seponitur & consecratur; ab ἀνατίθεμαι repono, consecro; item homo execrabilis & q. devotus.

Ἀνάθημα, ατος, τὸ, Donum quod Deo ἀνατίθεται, i. e. consecratur.

Ἀναίνομαι, Renuo; ab α priv: & αἰνέω assentior.

Ἀνδλίσκω, Absumo, consumo; ab ἀνὰ iterum & ἁλίσκω capio; est enim iterum occupo; & occupatum impendo.

Ἄναξ, κτος, ὁ, Rex, ab ἀνάσσω impero, vel ab ἄνω supra & ἄγω duco, fero; quòd reges supra cæteros omnes sint elati.

Ἀναρίτης, ου, ὁ, Piſcis ex genere concharum, qui ſcopulis ſemper adhæreſcit; dr. ab α priv: & νηρίτης, qui eſt conchæ natatilis genus, cui in hoc diſſimiles ſunt ἀναρίτῃ, quòd hi natare non ſolent, ſed ſcopulis affiguntur.

Ἄναυος, ου, ὁ, Vocis expers, ſine clamore; ab α priv: & αὔω clamo.

Ἀνδάνω, ήσω, Placeo, ab ἀδέω idem.

Ἄνδηρον, ου, τὸ, 1. Cacumen; ab ἄνω ſuprà & δέρη cervix, quæ ſit ex partibus ſuperioribus.
2. Ripa; παρὰ τὸ ἄνω εἶναι τῶν διερῶν quòd ripæ ſint humidis, i. e. aquis ſuperiores.

Ἀνδράποδον, ου, τὸ, Mancipium; ab ἀνὴρ vir, & πούς, οδὸς pes; quòd ſub viri (domini ſcil:) pedibus jaceat & conculcetur.

Ἀνδράχνη, ης, ἡ, Portulaca; quaſi ἀδράχνη, quia cum ἁδρᾷ ἄχνῃ, i. e. multa q. cum lanugine pullulet.

Ἀνδριὰς, άντος, ὁ, Statua, propriè ἀνδρὸς, i. e. viri; à quo & nomen accepit.

Ἄνεμος, ου, ὁ, Ventus; ab ἄημι flo.

Ἀνεψιὸς, οῦ, ὁ, Fratris aut ſororis filius; fortè ab ἀνάπτω annecto; quòd affinitate ſit annexus: vel etiam ab ἐψία colloquium, quia ἀνεψιοὶ familiares eſſe ſolent.

Ἄνεως, ω, Silens, mutus; ab α priv: & αὔω clamo; ut ſit, qui nec clamare nec loqui poteſt.

Ἄνηθον, ου, τὸ, Anethum; ab ἄνω ſursùm & θεῖν currere, quòd ſursùm aſcendat dum creſcit.

Ἀνὴρ, ἀνέρος vel ἀνδρὸς, ὁ, Vir; ab ἄνω ſuprà & αἴρομαι elevor; quòd ſtaturæ altioris eſſe ſolet quàm fœmina; vel quòd viri fœminis dignitate præferantur: vel etiam ab ἀνύω perficio, quòd virorum ſit, res magnificas præſtare.

Ἄνθος, εος, τὸ, Flos; ab ἄνω ſursùm & θέω curro, quòd ſursùm aſcendat & in altum progerminet.

Ἄνθραξ, ακος, ὁ, Carbo, in quo ἀνθεῖ, i. e. floret ignis.

Ἀνθρα-

Ἀνθρακιὰ ᾶς, ἡ, Pruna; ab ἄνθραξ carbo.

Ἀνθρίων, ωνος, ὁ, Crabro; ab ἀνθορεῖν, i. e. cum impetu profilire; quia audacter profilit in animantes.

Ἄνθρωπος, ου, ὁ καὶ ἡ, Homo, qu. ἄνω τρέπων ὤπα, i. e. fursùm tollens vultum; vel ab ἄνω fursùm & ἀθρέω video; vel etiam quasi ἀναθρῶν ἃ ὄπωπε, i. e. conſiderans quæ vidit, quod animalia cætera non faciunt.

Ἀνία, ας, ἡ, Triſtitia; ab α priv: & ἰάομαι ſano, ut ſit dolor magnus & ferè inſanabilis.

Ἄνισον, ου, τὸ, Aniſum; an quòd flatum ἀνίησιν, i. e. laxat? aut quia habet folia ἄνιπα, i. e. inæqualia.

Ἄνομος, ου, ὁ, Sceleratus; ex α priv: & νόμος lex, qui legibus nullis obtemperat.

Ἀνόσιος, ου, ὁ, Nefarius; ex α priv: & ὅσιος ſanctus.

Ἀνταναπληρόω, Viciſſim expleo; ex ἀντὶ, i. e. pro, vel viciſſim, ἀνὰ iterum, & πληρῶ impleo; quaſi dicas, viciſſim rursùm impleo.

Ἀντέχομαι, Adhæreo; ex ἀντὶ coram & ἔχω habeo.

Ἀντίδικος, ου, ὁ, Adverſarius; ex ἀντὶ contra & δίκη juſtitia, jus.

Ἀντιπέρᾳ, Oppoſitâ ripâ; ex ἀντὶ contra & πέραν ultra.

Ἄντρον, ου, τὸ, Antrum; ab ἀνὰ & τρῶω perforo; locus cavus & qu. perforatus.

Ἄντυξ, υγος, ἡ, Ambitus & circumferen tia propriè currûs. An ab ἄνω fursùm & τάσσω fabricor, quòd ſit ſtructura elevata? aut ab ἀνὰ & ἵπτω; certè hoc eſt rotæ circumferentia. *Martin:*

Ἀνυπότακτος, ον, ὁ καὶ ἡ, Non ſubditus; ex α priv: & ὑπὸ ſubter & τάσσομαι collocor.

Ἄνω, Sursùm, ab ἀνά.

Ἀνώγεων, ου, τὸ, Cœnaculum; ab ἄνω fursùm & γῆ terra, quòd cœnacula ut plurimùm ſint in domûs parte ſuperiore.

Ἀνώγω, ξω, γα, Jubeo; ab ἄνω ἄγω; vel ab ἀνοίγω, aperio; ut ſit, viam aperio ad agendum.

Ἀνάϊστος, ον, ὁ καὶ ἡ, Inopinatus; ab α priv: & οἴω opinor.

Ἀξίνη, ης, ἡ, Ascia, securis; ab ἄγω frango.

Ἄξιος, ου, ὁ, Dignus; ab ἄγω æstimo, dignitas enim uniuscujusque est secundùm quam habet apud homines æstimationem.

Ἄξων, ονος, ὁ, Axis, ab ἄγω ago; circa axim rota agitur.

Ἀολλὴς, έος, ὁ, ἡ, Confertus; ab α congr: & εἱλέω volvo; aliter ab ὅλος totus.

Ἄορ, ορος, τὸ, Ensis; ab ἀείρω suspendo; quòd ad latus suspenditur.

Ἀόρατος, ον, ὁ καὶ ἡ, Invisibilis; ex α priv: & ὁρατὸς visibilis; quod ab ὁράω video.

Ἀορτὴ, ῆς, ἡ, Arteria magna per quam aër commeat, ab ἀὴρ aër.

Ἀορτὴρ, ῆρος, ὁ, Lorum, quo ensis appenditur; ab ἀείρω vel ἀρτάω suspendo.

Ἁπαλὸς, οῦ, ὁ, Tener; ab ἅπτομαι, tango, ut sit quod sine damno tangi potest.

Ἅπαξ, Semel; ab ἅμα πάυειν, quòd ab opere semel tantùm faciendo, ubi factum fuerit, statim cessemus: vel qu. ἅμα πᾶς, quod semel fit, & totum simul.

Ἀπαρτία, ας, ἡ, Supellex, quâ se instruunt οἱ ἀπαίροντες, i. e. proficiscentes.

Ἅπας, Omnis; ab α congr: & πᾶς omnis; ut significet omnis simul.

Ἀπατάω, ήσω, Seduco, propriè à via; ab α priv: & πάτος via: vel qu. ἀπάγω τοῦ πάτου à via deduco: vel ab α priv: & πατέω ambulo, non rectè incedo.

Ἀπάτωρ, ορος, ὁ, Qui est sine patre; ab α priv: & πατὴρ pater.

Ἀπειλέω, ήσω, Minitor; ab ἀπέλλω arceo; finis minarum est à proposito arcere.

Ἀπειρέσιος, ου, Infinitus; ab α priv: & πεῖρας finis; ut sit, quod fine careat.

Ἄπειρος, ον, ὁ καὶ ἡ, Inexpertus; ab α priv: & πεῖρα experientia.

Ἀπέλεθρος, ὁ, ἡ, Immensus; ab α & πλέθρον jugerum; ut sit, quod

quod nullis ſpatiis comprehendi poſſit aut menſurari.

Ἄπλος, ου, ὁ, Ulcus, quod cutim divellit; ergo eſto ab α priv: & πελάζω, appropinquo; vel ab ἀπέλω pro ἀφέλω, aufero; aut ab ἀπολύω ſolvo, quòd cutim ſolvat; vel quòd carnem ἀπόλυσι, i. e. perdit putredine.

Ἀπηλεγὴς, ές, ὁ ἡ ἥ, Sævus; ab ἀπὸ, & ἀλέγω curo; quia nihil curat, modò iræ ſuæ pareat.

Ἀπηλιώτης, ου, ὁ, Ventus ſubſolanus; ab ἀπὸ & ἥλιος ſol; quòd ab exortu ſolis ſpiret.

Ἀπήνη, ης, ἡ, Rheda; per eam ſolemus ἀπέναι, i. e. abire; eſt eſt enim viatorium curriculum.

Ἀπήνης, ές, ὁ ἡ ἥ, Crudelis; ab ἀπὸ & ἡνία frænum; ut ſit vir crudelitatis effrenatæ; vel ab ἀπὸ & αἰνέω laudo; quòd viri crudeles ſint procul à laude; vel etiam ab α priv: & ἐπὴς mitis; quòd viri crudeles longè abſint à manſuetudine.

Ἄπιος, α, ὁ, Longinquus: ab ἀπὸ remotionis vocula.

Ἄπλετος, ον, Non impleri potens, grande, immenſum; ab α pr: & πλήθω impleo.

Ἀπόδημος, ου, ὁ ἡ ἥ, Peregrè agens; ab ἀπὸ ab & δῆμος populus, qui à popularibus ſuis abeſt.

Ἀποκαραδοκία, ας, ἡ, Expectatio cum deſiderio; ab ἀπὸ & κάρα caput & δοκάω obſervo; ut ſit q. exerto capite obſervo & expecto.

Ἄπορος, ον, ὁ ἡ ἥ, Non habens πόρον, i.e. tranſitum, dubius, inops.

Ἄπος, εος, τὸ, Altitudo; ab ἀπὸ remotionem notante.

Ἀπράγμων, ον, Irritus, vanus, ſtultus; ab ἀπὸ & φωλεὸς ludus literarius, ut ἀπαίδευτον, i. e. indoctum ſignificet.

Ἄπριξ, Tenaciter; ut velut ſerrâ deſecari nequeat; ab α priv: & πρίω ſeco.

Ἄπτιλος, ον, ὁ, ἡ, Implumis; ab α priv: & πέτομαι volo.

Ἄπυος, ὁ, Pater; ab ἀποφύω enaſci facio, quòd ab eo liberi enaſcantur & originem trahant.

Ἀπώ-

Ἀπώτερος, ου, Remotior, ἀπώτατος remotissimus ; ab ἀπὸ procul.

Ἆρα, An, utrum ; ab ἔρομαι interrogo.

Ἀρὰ, ᾶς, ἡ, Preces, diræ ; ab Hebræo אָרַר maledixit.

Ἄραβος, ου, ὁ, Strepitus armorum ; ab ἀράσσω pulso, quòd arma pulsata sonum edant, significat etiam stridorem dentium.

Ἄραδος, ου, ὁ, Cordis pulsus post vehemens exercitium ; ab ἀράσσω pulso.

Ἀραιὰ, ᾶς, ἡ, Venter & intestina ; ubi est multa ἀραιότης, hoc est, laxitas spongiosa ; hinc μεσάραιον est μεσεντέριον.

Ἀραιὸς, οῦ, ὁ, Rarus, fungosus, imbecillis ; ab ἀρύω haurio, ut sit exhaustus.

Ἀράχνης, ου, ὁ, Araneus ; παρὰ τὸ ἀραιὰ ἴχνη ἔχειν, quòd tenues & subtiles habeat pedes.

Ἄρβηλος, ου, ὁ, Scalprum, culter sutorius ; ab ἀρβύλη calceus.

Ἀρβύλη, ης, ἡ, Calceus quidam cavus & profundus, idoneus ad lutum calcandum ; an ab ἄρειν πηλῷ quòd conveniat luto ?

Ἀργᾶς, ἀργὴς, & ἄργας, ἄργης, serpens ; aut certè serpentis species ; ab ἀργὸς malus ; quòd serpentum genus hominibus sit malignum.

Ἄργιλος, ου, ἡ, Argilla, terra alba & pura ; ab ἀργὸς candidus.

Ἀργὸς, οῦ, ὁ, Albus ; puto ab ἀργὸς otiosus ; quòd viri inertes, qui pigri domi desident, sint ut plurimùm coloris albi.

(Ἀργὸς pro ἀεργὸς) Otiosus ; ab α priv: & ἔργον opus ; ut sit, qui nullo opere est occupatus.

Ἄργυρος, ου, ὁ, Argentum, ab ἀργὸς, albus ; quòd argentum sit ejus coloris.

Ἄργυφος, ου, ὁ, ἡ, Albâ texturâ constans ; ab ἀργὸς albus & ὑφὴ textura.

Ἄδρα, ας, ἡ, Inquinamentum ; dr. quia solet αἴρεσθαι, i. e. ab oculis summoveri.

Ἄρδην, Altè, funditùs ; ab αἴρω tollo.

Ἄρδης

Ἄρδις, ιος, ἡ, Cuspis teli; dr. ab ἄρδω irrigo, humecto; quòd telorum cuspides soleant sanguine effuso q. irrigari.

Ἄρδω, σω, Irrigo; quasi ἔρανδεύω, i. e. terram humecto.

Ἀρειὰ, ᾶς, ἡ, Mina; ab ἀρὰ maledictio, quia maledictionis denunciationes sint minæ.

Ἀρείων, ἀρρότερος, Melior; ἄριστος optimus; ab ἄρω apto; ut sit congruentior, convenientior; bonum enim est quod alicui convenit: aliter ab ἄρης Mars, ut sit, marte seu bello melior, fortior.

Ἀρέσκω, έσω, Placo, placeo; ab ἄρω, congruo; placent enim quæ congruunt.

Ἀρετὴ, ῆς, ἡ, Virtus; ab ἀρέσκω placeo; placere enim virtus debet: aliter ab ἄρης Mars; ut sit bellica virtus: vel ab αἴρω tollo, quòd mentem ad res arduas attollat: vel ab αἱρεόμαι eligo; quòd sit res eligenda: vel qu. ἐρατὴ amabilis.

Ἀρήγω, ξω, χα, Auxilior, propriè in bello; ab ἄρης, Mars; malo ab ἄρω apto, *Martin:*

Ἄρης, εος, ὁ, Mars, prælium; ab αἴρω tollo, quòd homines, civitates, &c. tollat: vel ab ἄρρην mas, strenuus, quòd viri tantùm, iisque strenui, ad prælia gerenda sint idonei: vel etiam ab ἀράσσω pulso, quò bellum omnia concutiat & populetur. Suidas dici vult ab α priv: & ῥῶ loquor; ὅτι ἐν πολέμῳ οὐ λόγων ἀλλ' ἔργων χρεία, i.e. quòd in bello non verbis, sed factis opus.

Ἄρθρον, ου, τὸ, Artus, articulus; ab ἄρω apto; quòd articulis membra humani corporis inter se uniantur & coaptentur.

Ἄρι, Valdè; ducamus ab αἴρω attollo; *valdè* elationem nem notat.

Ἀριθμὸς, οῦ, ὁ, Numerus; ab ἄρω apto; sunt enim numeri nihil aliud, quàm aptæ & junctæ unitates; vel ab ἄρι valdè & τέμνω scindo; numerus enim est aliquid discretum.

Ἀριστερὸς,

Ἀριστερὸς, ὰ, ὸν, Sinister ; ἄριστος optimus ; q. d. fausti ominis ; fortè ex gentilium opinione de auspiciis sinistris.

Ἄριστον, ου, τὸ, Prandium ; quasi ἀόριστον indefinitum ; quòd tempus ei non esset definitum : al. ab ἄρης Mars ; quòd daretur proficiscentibus ad bellum : al. ab ἀρὰ preces, quòd Deos priùs precarentur, quàm prandierent : ducam verò ab ἦρι mane, quòd ante tempus pomeridianum sumeretur.

Ἄρκευθος, ου, ἡ, Juniperus ; ἀπὸ τοῦ ἀρκεῖν καὶ θεῖν, i. e. quòd maledictionem arceat ; vel ab ἀρκέω propulso, & ὀθέω statim ; quòd ejus odorem omnia reptilia aversentur & statim fugiant.

Ἄρκτος, ου, ὁ, ἡ, Ursus, ursa ; ab ἀρκέω sufficio ; quòd ursus sibi hyeme sufficiat, sine congesto cibo ; vel ab ἐράω amo, & κοίτη lectus, quòd per totam hyemem amet in spelunca latitare, sitque libidinosus ; vel etiam ab ἄρη valdè & κότος ira ; est enim sæva & cædis avida bellua.

Ἀρκτοῦρος, ου, Arcturus ; stella post ἄρκτου οὐρὰν, i. e. ursi caudam ; unde & nomen accepit.

Ἄρκυς, υος, ἡ, Rete ; ab ἀρκέω sufficio ; quòd piscibus avibúsque capiendis sufficiat : aliter ab ἄρκτος ursus, qui eo capitur.

Ἅρμα, ατος, τὸ, Currus ; ab αἴρω fero ; fit enim ad ferendum.

Ἁρμαλιὰ, ᾶς, ἡ, Cibus ; ab ἁρμόω apto, & μέλος membrum ; quòd cibus ad humani corporis membra alenda & roboranda sit idoneus.

Ἄρμος, ἄρμου, 1. Velum navi congruum. 2. Instrumentum opifici idoneum ; utrumque ab ἁρμόω apto.

Ἀρνακὶς, ίδος, ἡ, Pellis agni ; ab ἄρνος ἀρνὸς, agnus.

Ἀρνέομαι, Recuso, nego, ab αἴρω tollo.

Ἀρνυμαι, Capio, consequor ; ab ἄρνυμι auferre.

Ἀρτοδίπης, ου, ὁ, Urinator ; ab ἄρνος ἀρνὸς agnus ; quod enim agni faciunt in terra, id urinatores in aqua ; agni enim

enim ſubſultant, poſterioribus pedibus elatis caput terræ impingentes.

Ἀρόω, όσω, Aro; ab ἔρα, terra; ea enim aratur.

Ἁρπάζω, σω, Rapio; ex ἁρπάω idem ſignificante.

Ἁρπάω, ήσω, Rapio; ab ἅρπη falx; ut ſit propriè falce abripere.

Ἀρπεδὴς, ὲς, ὁ καὶ ἡ, Solo æqualis; puto, quia ἄρει πέδῳ ſolo congruit.

Ἁρπεδὼν, όνος, ἡ, Funiculus; propriè, factus ad aliquid abripiendum; ergo ab ἁρπῶ rapio.

Ἅρπεζα, ης, ἡ, Imum montis; qu. ὄρπεζα tanquam ὄρους πέζα, montis pes.

Ἁρπυια, ας, ἡ, Harpyia; rapax avis; ex ἁρπῶ rapio.

Ἅρπυς, ὁ, Amor; ab ἅρπη falx; quia amor acutus & quaſi falcatus ad reſecanda impedimenta, quæ à rei amatæ poſſeſſione arcent & ſubmovent; aut, quia animos ἁρπᾷ, i. e. rapit.

Ἄρρην, vel ἄρσην, ὁ, ἡ, Mas vel maſculus; ab αἴρω, attollo; quòd viri ſupra fœminas eleventur.

Ἀρρωθος, ου, ὁ, Auxiliator; ab α epit: & ῥώω roboro, ut ſit, qui alicui robur addit.

Ἄρς, ἀρνὸς, ὁ, ἡ, Agnus; an ab ἄρσις elevatio? quòd ſaltitare ſoleat elevatis poſterioribus pedibus: aut ab ἔρα terra, quia ſaltantes cernuant. *Euſtathius* ducit ab ἀρὰ preces; quòd in votis faciendis & precibus agni ſacrificarentur; vel ab α priv: & ῥαίω corrumpo, qui nondum corruptus eſt libidine.

Ἀρσενοκοίτης, ου, ὁ, Qui concumbit cum maſculis; ex ἄρσεν mas & κοίτη cubile.

Ἄρταμος, ου, ὁ, Lanius, coquus; παρὰ τὸ εἰς ἄρτια τέμνειν, quòd lanii coquique ſoleant boves & iſtiuſmodi animalia membratim, & in partes integrales diſſecare.

Ἀρτάω, ήσω, Suſpendo, appendo; ab αἴρω attollo.

Ἀρτεμὴς, έος, ὁ, ἡ, Integer, incolumis; ab ἄρτιος perfectus.

Ἀρτέμων, ονος, ὁ, Velum quoddam navis; ab ἀρτάω ſuſpendo; quia ſuſpenditur incerta venti temperie.

Ἀρτέομαι,

Ἀρτέομαι, Apparo, paro ; ab ἄρω apto.

Ἄρτεμις, ιδος, ἡ, Diana ; dicta quòd ἀέρα τέμνει aërem ſcindit curſu ſuo, ut lunam ſignificet, vel quòd ἀρτεμὴς ſana, incorrupta virgo, & ſanitatis author putata.

Ἀρτηρία, ας, ἡ, Arteria, ſpiritûs ſemita ſeu receptaculum ; παρὰ τὸ ἀέρα τηρεῖν, quòd ſpiritus intra ſe conſervet.

Ἄρτι, Modò, nuper, perfecto jam tempore ; ex ἀρτος perfectus.

Ἄρτος, ου, ὁ, Perfectus ; ab ἄρω apto.

Ἄρτος, ου, ὁ, Panis ; dictus quia crebrò αἴρεται, i. e. ſumitur, ſeu editur ; vel ab ἄρω apto, quòd ſit humano corpori congruus.

Ἀρτύω (& ἀρτύνω, interjecto ν) σω, ξα, apparo, inſtruo, condio ; ab ἄρω, apto.

Ἀρύω & ἀρύτω, ύσω, ξα, Haurio, ex profundo traho ; ex αἴρω attollo.

Ἀρχὴ, ῆς, ἡ, Principium, principatus ; ab ἄρχω inchoo, impero.

Ἀρχιτέκτων, ονος, ὁ, Architectus, faber primarius ; ab ἄρχων princeps & τέκτων faber.

Ἀρχιτρίκλινος, ου, ὁ, Architriclinus ; ab ἄρχων præfectus, & τρικλίνιον triclinium, locus tribus lectis conſtratus ad diſcumbendum.

Ἀρωγὸς, ὁῦ, ὁ, Auxiliator ; ab ἀρήγω auxilior.

Ἄρωμα, ατος, τὸ { 1. Aroma, odoramentum ; ab ἄημι valdè & ὄζω, oleo, quòd ſit admodùm fragrans. 2. Aratrum, ab ἀρόω aro.

Ἀσάμινθος, ου, ἡ, Soleum balneatorium, pelvis ; ab ἄσις ſordes & μινύθω minuo, quòd in his ſordes minui ſolent & ablui.

Ἄσπαλον, ου, τὸ, Nardus ſylveſtris ; limosâ humo gaudet, & ſub corylis naſci amat ; dici poteſt quaſi ἄσηλ ἄρουν limo aptum.

Ἀσβόλη, ης, & ἀσβόλος, ου, ἡ, Fuligo ; ab ἄσις ſordes & βάλλω jacio, quòd ſordes ſpargat, res propè ſitas contaminet.

Ἀπλο-

Ἀσελγὴς, έος, ὁ, ἡ, Petulans, lascivus; quasi ἀσελαγὴς per syncopen ab α priv: & σελαγεῖν splendere; quòd in istiusmodi hominibus omnis rectæ rationis lux sit extincta.

Ἄση, ης, ἡ, Fastidium; ab ἄδω saturo.

Ἄσθμα, ατος, τὸ Anhelatio; ab ἄω spiro.

Ἄσημος, ον, Non signatus; ab α priv: & σῆμα signum.

Ἄσις, ιος, ἡ, Limus; propriè aridus; ab ἄζω sicco.

Ἄσις, ιος, ἡ, Cantio; ab ᾄδω cano.

Ἀσκάλαφος, ου, ὁ, Avis nomen; dictæ quòd sit ἀσκαλὸς ἁφῇ dura tactu. *Eustathius* qu. ἀκαλὸς ἁφῇ.

Ἀσκιθὴς, ἀσκεθὴς, ἀσκηθὴς, ἐος, ὁ καὶ ἡ, Incolumis, illæsus; duci possit ab α epit: & σκεθρὸς *Hesyc*: ἀσκεθὴς ὑγιὴς ἐξ ἐπιμελείας quasi velit dici ab ἔθει τοῦ ἀσκεῖν, h. e. consuetudine exercendi.

Ἀσκὸς, οῦ, ὁ, Uter, utris; ab α epit: & σχῶ contineo; quòd vinum &c. contineat.

Ἀσκώλια, τὰ, Festum Athenis; dictum quòd in eo super ἀσκοὺς, i. e. utres saltabant: quod est ἀσκωλιάζειν.

Ἄσμενος, ου, ὁ, Gaudens, libens; qu. ἡσμένος ab ἥδω delecto.

Ἄσοφος, ον, Insipiens; ab α priv: & σόφος sapiens.

Ἀσπάζομαι, Saluto, amplector; ex α quod est ἅμα simul & σπάω traho, quòd salutandum attrahimus, in ejus collum ruimus, eúmque amplexamur.

Ἀσπάλαθος, ου, ὁ, Aspalathus, frutex quidam surculosus, i. e. spinis horrens; ab α priv: & σπάω traho; nam difficultèr evellitur ex iis, in quæ impingit.

Ἀσπαλιεὺς, ῆος, ὁ, Piscator, ἄσπαλος piscis; à σπάω traho & ἅλς mare & λίνον linum; quia piscator trahit, piscis trahitur ex mari retibus ex lino factis.

Ἀσπάραγος, ου, ὁ, Germen recens plantæ; puto quia nondum σφαραγεῖ, i. e. sonat; vel nondum σπείρει, i.e. sementat.

Ἄσπιλος, ου, ὁ καὶ ἡ, Immaculatus; ab α privat: & σπῖλος macula.

Ἀσπὶς,

Ἀσπὶς, ίδος, ἡ, 1. Clypeus rotundus ; qui non eſt extenſus ; ab α priv: & σπίζω extendo.
2. Beſtia quædam ; dicta ab α epit: & σπίζω extendo ; ob longitudinem corporis, vel intenſum & acutum ſibilum.

Ἄσπονδος, ος, ὁ καὶ ἡ, Implacabilis ; ab α priv: & σπονδὴ fœdus : qui vult nullo fœdere conſociari & uniri.

Ἀσπακὸς, οῦ, ὁ, Aſtacus, Cancri genus ; ab α epit: & σπάζω ſtillo ; quòd ei forcipes ſint multis guttis plenæ.

Ἀστὴρ, έρος, ὁ Stella ; ab αὔω, ſplendeo ; quòd ſtellæ ſint corpora luminoſa: aliter à στείζω figo ; quia in cœlo ſtellæ στείζουσι : vel quòd ſit ἄστατος, ab α priv: & ἵστημι ſto, quòd ſtellæ ſint in perpetuo motu.

Ἀστήκτος, ος, ὁ καὶ ἡ, Inſtabilis, ex α priv: & στηκτὸς confirmatus, quod à στείζω firmo.

Ἀστράβη, ης, ἡ, Stella, ephippium ligneum ; ab α priv: & στρέφω verto, quòd ligetur, ut ſit immotum. Potiùs velim à στρώννυμι ſterno & βαίνω eo ; quòd ephippiis equis inſtratis eos aſcendimus, & ire cogimus.

Ἀστραβὴς, ές, ὁ καὶ ἡ, Non detortus ; ab α priv: & στρέφομαι vertor.

Ἀστράγαλος, ου, ὁ, Vertebra, talus : ab α priv: & στρέφω verto, quòd non vertatur, ſed vertendi ergò factus ſit.

Ἀστράπτω, ψω, ψα, Fulguro, qu. ἀστέρας ἰάπτω, i. e. ſidera emitto.

Ἄστυ, εος, τὸ, Urbs ; ab ἄνω ſurſùm & στάω ſto ; quòd plerumque in loco editiore ſitæ ſunt urbes.

Ἄσύμφωνος, ον, Diſcors ; ab α priv: & σύμφωνος concors, quod à σὺν & φωνὴ vox.

Ἄσύνετος, ον, Inſipiens ; ex α priv: & συνετὸς intelligens.

Ἀσύφηλος, ον, Inſipiens, indecorus ; ab α priv: & σοφὸς ſapiens.

Ἄσφαλτος, ου, ἡ, Bitumen ; ab α priv: & σφάλλω everto ; quòniam firmat ſtructuram, adeò ut non facilè ſubvertatur.

Ἀσφάλαξ & ἀσπάλαξ talpa ; à σπάω traho ; terram enim ἀποσπᾷ abſtrahit & foramina eruit.

Ἀσχάλλω

Ἀσχάλλω (quod & ἀσχηδάω) Mœreo; ab ἄχθ mœror.

Ἀσχήμων, ονθ, ὁ ἡ ἡ, Indecorus; ab α & σχῆμα habitus, ut sit habitu indecens.

Ἀπαλὸς, ὴ, ὸ, Tener, juvenilis; ab α priv: & παλάω tolero, ut sit, qui nondum potens ferre multa.

Ἄπυρνον, υ, τὸ, Ferrum in modiolo rotæ; ab α priv: & πύρω tero; quòd sit durum nec facilè teratur.

Ἀτάθαλθ, υ, ὁ ἡ ἡ, Damnorum magnorum auctor, perniciosus; qu. ἄτης θαλλων i. e. aliorum damnis & injuriis florescens.

Ἀτάω, ήσω, Lædo, noceo: ab ἄ lamentantium sono.

Ἀτέκμαρ]θ, ον, Qui nullâ conjecturâ deprehendi potest; ab α priv: & τέκμαρ indicium.

Ἄτεκνθ, ον, Sine liberis; ab α priv: & τέκνον proles.

Ἀτέμβω, Spolio, privo; ab ἄτη damnum & ἐμβαίνω activè sumpto pro ἐμβιβάζω, i. e. aliquem in damnum adduco: vel ab α pro ἀπὸ & τέμνω scindo, ut sit, aliquid alicui auferre & qu. abscindere, mutato μ in β.

Ἀτενίζω, Fixis oculis intueor; ab α epit: & τείνω τενῶ tendo; ut sit, oculos in aliquem intendo.

Ἄτερ, Sine, citra, cum genitivo; ab α priv:

Ἀτερήμων, ονθ, ὁ ἡ ἡ, Durus, inexorabilis; ab α priv: & τερήμων quod à τέρω tener: vel ab α priv: & τείρω tero, ut sit id, quod nullo modo contritum esse possit.

Ἀτεχνὴς, ὲς, Qui est sine τέχνῃ, i. e. fraude.

Ἄτη, ης, ἡ, Damnum; ab ἀτάω lædo: vel ab α priv: & τῶ capio; ut sit ὃ ὠ ἐθέλοις θέλῃ λαβεῖν, id quod nemo velit capere.

Ἀτμελὴς, ὁ ἡ ἡ, Negligens; ab α priv: & τμελὴς diligens.

Ἀτίζω, Inhonoro; ab α priv: & τίω honoro; πλεονασμῷ τῦ ζ. Etym:

Ἀτμαγέλας, ὁ, Qui spernit gregem, se abgregat: ab ἀ τμᾶν ἀγέλλω.

Ἀτιτάλλω, Alo, nutrio, ex ἀτάλλω, per reduplicationem; quod ab ἀταλὸς tener; ut significet aliquem ab usque teneris alere & educare.

Ἄτμενος, ου, ὁ, & ἀτμὴν, Famulus; qu. ἀτίμην ab α priv: & τιμὴ honor; servi enim apud dominos suos sunt inhonori: vel ab α epit: & τέμνω scindo, quòd servi à dominis suis cædi solent & flagellis qu. scindi: vel qu. ἄτερ μένους sine robore, nimia enim servitus vires debilitat.

Ἀτμὶς, ίδος, ἡ, Vapor; ab ἀτμὸς, οῦ, ὁ, flatus, vapor, halitus; ab ἄω spiro per epenthesin τοῦ τ.

Ἄτομοι, ων, Atomi, minuta quædam corpuscula insectilia; ab α priv: & τόμος sectio, quod à τέμνω scindo.

Ἄτοπος, ον, Absurdus; ab α priv: & τόπος locus; quod in apto loco aut tempore non fit aut dicitur.

Ἄτρακτος, ου, ὁ ἡ, Fusus, radius ad colum; quia ἀεὶ ταράσσεται semper turbatur, i. e. circumagitur.

Ἀτραπὸς, οῦ, ἡ, Via trita; possit esse ab α priv: & τρέπομαι vertor; quia ab ea quis non facilè avertitur in errorem: potius ab α epit: & τραπέω calco, quòd sit via multùm calcata.

Ἀτράφαξις, εως, ἡ, Atriplex; dici volunt παρὰ τὸ ἀθρόως αὔξειν, quòd celeritèr crescat; nam die octavo à satu prodit: malim, ab α epit: & τροφὴν αὔξειν, quòd nutritionem multùm juvet: vel quia ἀθρόως φάγεται, hoc est, abundè & passim comeditur.

Ἀτρεκὴς, έος, ὁ, ἡ, Verus; ab α priv: & τρέμω tremo, quod à τρέω timeo; quòd veraces intrepidi esse possunt & debent.

Ἀτρύγετος, ον, Infructuosus; ab α priv: & τρύγη fruges.

Ἄττα, Pater, vox observantiæ erga senes, ab ἔτη τίω honoro annos.

Ἀτταγὴν, ῆνος, ὁ, & Atticè ἀττάγας vel ἀτταγᾶς, avis dorso picto; dicta à voce suâ, ut vult *Ælianus*; sed quia est fœcunda, dici possit ab ἄδδην abundè & γονὴ genitura.

Ἀττανί-

Ἀπαίτης, ου, ὁ, Placentæ genus in ſartagine frictæ; ab ἄπανον ſartago.

Ἄπαϑ, Atat, interjectio dolentis; ab ἄτη damnum.

Ἄπαω, Proſilio, ſubſulto; ex ἀΐσσω cum impetu feror; pro quo φέρω & inde ἄπω.

Ἀπύζω, ξω, χα, Terreo, perturbo; ab ἀτύω turbo, Etym: vel ab ἄτη damnum.

Αὖ, Rursùm, retrò; ab αὖθις rursùm, per Apocopen.

Αὐγάζω, Irradio; ab αὐγὴ ſplendor; vel ab αὔω ſplendeo.

Αὐγὴ, ῆς, ἡ, Splendor, lux, diluculum; ab αὔω ſplendeo: vel ab αὖ re, vel retrò, & ἄγω pello, quòd radii ſolares in terram ſparſi repercutiantur; quare duci poteſt etiam ab αὖ rursùm & γῆ terra: vel ab αὐῶ ſplendeo & ἄγω duco, quòd per lucem ducimur.

Αὐδὴ, ῆς, ἡ, Vox, oratio; ab αὔω clamo.

Αὐθαίρετος, ον, Voluntarius; ab αὐτὸς ipſe & αἱρέομαι eligo; ut ſit, quod quis ſuapte ſponte eligit aut facit.

Αὐθέντης, ου, ὁ, 1. Qui eſt ſui juris; q. ab αὐτὸς ipſe & ἐν τὸς mittens, qui ſeipſum ad negotia mittit. 2. Qui ſibi manus violentas infert; ab αὐτὸς ipſe, & ἔνω pro φένω occido: vel quòd ſit qui ſeipſũ occidit ἑαυτῷ ἔντεσι, i. e. armis propriis.

Αὖθις, Rurſus, retrò; αὐτὸ, i. e. idem faciendo.

Αὐλαία, ας, ἡ, Aulæum, cortina; ab αὐλὴ aula; ubi ejus uſus.

Αὖλαξ, ακος, ἡ, Sulcus; ab ἕλκω; quòd ab ἕλκω traho; ſulcus enim fit aratri tractione.

Αὐλὴ, ῆς, ἡ, Atrium; παρὰ τὸ ἄω vel ἄημι flo, ſpiro; quòd ſit locus perflabilis vel ab αὔω ſplendeo, quòd ſit locus apricus ſoli expoſitus; vel ab α epit: & λάω video; quòd in locis apertis res ſint conſpicuæ.

Αὐλὸς, ὦ, ὁ, Tibia; ab αὔω flo.

Αὐλὼν, ῶνος, ὁ, Locus longus, anguſtus & cavus, ut αὐλὸς tibia.

Αὐξάνω, Augeo, incrementum do ; ab αὔξω idem.

Αὖρα vel αὔρη, ας, ἡ, Aura, ventus lenior ; ab αὔω ſplendeo : vel ab ἄω ſpiro & ῥέω, quòd ventus ſit ſpiritus, & fluxus aëris. Etym: ducit ab ἀὴρ aër.

Αὔριον, Cras ; ab αὔω, luceo ; eſt lux ſequentis diei.

Αὐσηρὸς, ὰ, ὸν, Auſterus ; ab αὔω exſicco ; auſteritas eſt ab aliqua ſiccitate.

Αὐτὰρ, Autem, ſed, cæterùm ; qu. αὖτε ἄρ.

Αὐτάρκης, ες Θ, ὁ ϗ ἡ, Contentus, ſibi ſufficiens ; ab αὐτὸς ipſe & ἀρκέω ſufficio.

Αὖτε, Rurſus, viciſſim, poſthac, quaſi αὐτὶ iterando.

Αὐτὴ, ῆς, ἡ, Clamor, & hinc Bellum ; ab ἀΰω reſoluto ex αὔω clamo.

Αὐτμὴ, ῆς, ἡ, Halitus, vapor ; ab αὔω ſicco ; vapores enim proveniunt à calida & exiccante cauſa.

Αὐτόματος, ε, ὁ ϗ ἡ, Spontaneus ; ab αὐτὸ & μάτην temerè ; propriè quod ipſum à ſe temerè ſine conſilio venit : vel ab αὐτὸς ipſe & μάω deſidero ; ut ſit, qui ſuapte ſponte aliquid agat aut agere deſiderat.

Αὐτὸς, ή, ό, Ipſe ; ab ἑτΘ.

Αὐχέω, ήσω, ηκα, Glorior ; ab αὐχὼ cervix ; quòd gloriantes cervices erigant & caput attollant.

Αὐχὼ, ένΘ, ὁ, Cervix ; ab αὐχμὸς ſiccitas ; quia cervix oſſea & ſicca.

Αὐχμηρὸς, ὰ, ὸν, Obſcurus ; ab αὐχμὸς ſqualor.

Αὐχμὸς, ῦ, ὁ, Siccitas ex vehementi æſtu ; ab αὔω ſicco, pleonaſmo literæ χ.

Αὔω, Sicco ; ab ἄω ſpiro ; quòd ventus ſpiramine ſuo res exiccet.

Ἄφαρ, Statim, continuò ; ab ἁφὴ tactus, qu. ipſo tactu ; aut ab ἀφαιρῶ, quaſi auferendo moram : meliùs puto ab α ſimul & φάω dico, ut ſit ἐμμακρὸς ἅμα τῷ ἔπος, dicto citiùs : vel ab ἅπτομαι tango, ut ſit ταχέως ἅμα τῷ ἅπτεσθαι.

Ἀφαυ-

Ἀφαυρός, ή, ὁ, Imbecillis, debilis; ducatur ab ἀφαυρέω aufero; ut ſit cui vires auferuntur: vel ab α epit: & φαδρός vilis; imbecilles enim ut viles deſpicatui habentur.

Ἀφεδρών, ῶνος, ὁ, Latrina; ex ἀπὸ & ἕδρα ſedes, à ſeorſim ſedendo.

Ἀφειδία, ας, ἡ, Crudelitas; ab α priv: & φείδομαι parco.

Ἀφελής, ές, ὁ ἡ, Simplex, tenuis, integer; ab ἀφελεῖν auferre; ſimplex eſt à quo aliena ablata: vel qu. ἀφ' οὗ ἕλῃς à quo vel invito capias, quæ ſunt ejus bona.

Ἄφενος, ους, ὁ, vel ἔος, τὸ, Divitiæ; reditus propriè unius anni; ἀφ' ἑνὸς ἔτους, i. e. ab anno uno.

Ἄφλαστον, ου, τὸ, Summa pars puppis; ab α priv: & φλάω contundi, quòd non facilè contundatur.

Ἄφνω, Ex improviſo; ex α priv: & φαίνω appareo, ut ſit, cujus ne quidem veſtigium hactenùs apparuit.

Ἀφορμή, ῆς, ἡ, Occaſio; ab ἀπὸ & ὁρμὴ impetus; ab occaſione eſt impetus in rem.

Ἀφροδίτη, ης, ἡ, Venus; ab ἀφρὸς ſpuma, ex qua dicitur genita.

Ἀφρός, ὁ, Spuma; ab ἄφαρ ſubitò; quia ſubitò fit & defit: vel q. ἀφαρὸς ab ἄφαρ ſtatim, quòd æſtuante pelago continuò naſcitur: vel ab α epit: & φέρω fero; ſpuma ſtatim ad littus φέρεται.

Ἄφρων, ονος, ὁ ἡ, Demens; ab α priv: & φρὴν mens.

Ἀφύη, ης, ἡ, Piſcis, qui ex ἀφρῷ naſcitur: vel qu: ἀφυὴς non natus, i. e. ex ſemine, ſicut animalia cætera.

Ἀφύω, ύσω, κα, Haurio, hauriendo promo; poſſis ducere ab ἀπὸ & ὕω pluo.

Ἄφωνος, ον, ὁ ἡ, Mutus; ab α priv: & φωνὴ vox.

Ἀχάτης, ου, ὁ, Gemma quædam; ab Achate Siciliæ fluvio, unde petitur.

Ἀχειροποίητος, ον, Manibus non factus; ab α priv: & χεὶρ manus & ποιέω facio.

Ἄχερδος, ου, ὁ, Spina quædam; qu. ἄχειρος ab α priv: & χεὶρ manus; quòd non ſit tractabilis manu.

Ἀχέρων, ωντος, ὁ, Acheron, fluvius inferni; dictus quòd sit ἄχος ῥοὴς, i. e. doloris fluvius; aliter ab α priv: & χαίρω gaudeo.

Ἀχερδὶς, ίδος, ἡ, Populus alba; ab Ἀχέρων, quòd *Hercules* ex Acheronte eam detulerit.

Ἀχλὼ, Pauper; ex α priv: & ἔχω habeo; quòd nihil habeat: vel quòd hiscere & loqui non audeat, ex α priv: & χαίνω hisco.

Ἄχθος, εος, τὸ, Pondus, dolor gravis; ab ἄγω fero: vel ab ἄχος dolor & τίθημι pono; quòd onus impositum dolorem inferat.

Ἀχλὺς, ύος, ἡ, Caligo, nebulosa obscuritas; ab ἄχος dolor & λύω solvo, quòd sub noctem obrepente somno dolor consopitur: vel etiam ab ὀχλέω.

Ἄχνη, vel ἄχυα, ης, ἡ, Gluma, acus; ab α priv: & ἔχω teneo, quia teneri nequit; propiùs à χνοῦς lanugo; quòd q. cum lanugine quadam crescit, præpositio α otiosa: vel ab α epit: & χύτω fundo, quia facilè funditur.

Ἄχος, εος, τὸ, Dolor, tristitia silentium afferens; ab α priv: & χαίω seu χαίνω hisco; dolor ingens hiscere prohibet. Inde Anglicè to ake aut potiùs ache.

Ἀχράς, άδος, ἡ, Pirus sylvestris; quia ferè ἀχρεία, i. e. inutilis.

Ἀχρεῖος, & ἄχρηστος, ὁ, Inutilis; ab α priv: & χρεία usus; ut sit, cujus nullus est usus.

Ἄχυρον, υ, τὸ, Palea; quasi ἀέχυρον ab α priv: & ἔχω habeo, ut sit, quod nemo magni facit vel habere cupit: vel ab α priv: & ἐχυρὸν firmum, quòd sit res instabilis.

Ἀχώρ, ῶρος, ὁ, Manans capitis ulcus; ab ἄχος dolor & ὄρνυμι excito, quòd dolorem excitat: vel ab α epit: & χέω fundo, quòd purulentus humor è capite ubertim fluat: vel ab α priv; & χῶρος locus, quòd non amplum locum occupet; aliter qu. ἄχρως qu. sit velut

velut ἄχνη, i. e. acus capitis; ita malim ab ἄχνες furfur; quòd ex furfuribus capitis fiat.

Ἄψ, Retrò, rursùs; ab ἀπὸ receſſionem notante.

Ἀψίκορος, ος, ὁ, Faſtidioſus; ab ἅπτομαι tango & κόρος ſatietas; ut ſit qui ἅμα τοῦ ἄψασθαι, i.e. ſimulatq; aliquid attigit, ſatietatem (κόρον) habet.

Ἀψίνθιον, ου, τὸ, Abſinthium; q. ἀπίνθιον ab α priv: & πίνω bibo, quòd ob inſignem ejus amarulentiam non facilè bibatur: vel ab ἅπτομαι ἄπτομαι tango, per *Antiphraſin*; quòd nulla creatura herbam hanc amariſſimam attingat.

Ἄψις, ιδος, ἡ, Connexio; ex ἅπτω connecto.

Ἀω, ήσω, Spiro, flo; ab α & ω duabus literis ex quibus conflatur; quòd in reſpiratione α auditur, in expiratione ω; α os aperit, ω claudit.

Ἄωτος, ὁ, & ἄωτον, ου, τὸ, Flos; ab ἄω ſpiro; quia flos ſpirat odorem.

Ἄωτος, ον, ὁ ᾗ ἡ, Auribus carens; ab α privativa, & ὦτα aures ex οὖς.

B.

[B] ---- EST ſecunda litera; dicitur Beta ab Hebræo *Beth*; in Numeris Binarium ſignificat.

Βᾶ, Vox ovium ſe mutuò inclamantium, qui clamor Latinè *balatus* à Græco βᾶ.

Βαβαὶ, Vox inarticulata; ex ſono, aut à βάζω.

Βαβαὶ, Papæ, admirantis; à βᾶ geminato, παπαὶ idem.

Βαβάζω, Inarticulatam vocem edo; à βάζω loquor.

Βάβαξ, ακος, ὁ, Garrulus; à βάζω loquor.

Βάβειξ, βάβεικες, Gingivæ, & quæ inter dentes ex cibo hærent; puto à βάω eo, & βορὰ pabulum, ut ſit cibus ori ingeſtus, cujus reliquiæ dentibus adhærent.

Βάζω σω, & ξω, Loquor; poëticum à φάω dico: vel à βᾶ ſono, quem matres edunt agnis ablactatis.

Βάθος, εος, τὸ, Profunditas ; à βάω eo : vel à βία vis & θέω curro ; ut ſit, in quam facilè & cum impetu licet deſcendere.

Βάθρον, ου, τὸ, Gradus ; à βαίνω gradior.

Βαίνω, βήσομαι, βέβηκα, Gradior ; eo : à βάω eo.

Βαιὸς, ὸν, ὁ, Parvus ; ducamus à παύω, ut ſit, qu. παιὸς, parvorum menſura ceſſat paulò poſt initia metiendi ; ſi à βάω eo, dici poſſit, quòd parva via ſit facilè βαϊὴ : poſſis etiam referre ad παῖς puer.

Βαὶς vel βαΐον, Ramus palmæ arboris ; quia βίᾳ πίλλεται, vi avellitur.

Βαιὼν, όνος, ὁ, Piſcis quidam gobio ſimilis ; à βαιὸς parvus ; quia parvi precii.

Βάκηλος, ου, ὁ, Magnus, & ſtultus ; item Eunuchus, quo ſenſu ducitur à βία vis & κόλος mutilus, cui nempe teſticuli præciduntur.

Βακτηρία, ας, ἡ, Baculus, ſcipio ; à βάω eo ; quòd ambulantes eo nituntur : vel à βάσις greſſus, & τηρέω ſervo, quia ſervat ne quis cadat, ſcil: greſſus firmando.

Βάκχος, ου, ὁ, Bacchus, à βάζω loquor ; loquax enim eſt ebrietas : aut à βοὴ clamor & χέω fundo, quòd tumultuoſum ſit vinum : vel à βία vis & ἰάχω vociferor, quòd Bacchi Orgia non fuerint ſine tumultu celebrata.

Βαλανεῖον, ου, τὸ, Balneum ; quaſi βάλλον ἀνίας, i. e. artuum dolores pellens.

Βάλανος, ου, ἡ, Glans ; à βάλλω jacio, quòd porcis projiciatur.

Βαλάντιον, ου, τὸ, 1. Jaculum ; à βάλλω jacio & ἐναντίοι adverſarii, quòd contra inimicos projici ſolet.
2. Crumena ; ἀπὸ τὸ βάλλειν ἐντὸς, quòd in illam pecunia injiciatur.

Βάλβις, ίδος, ἡ, Carceres ; unde equi ad currendum emittuntur ; à βάσις greſſus & λαβεῖν capere, quòd inde curſûs initium capiatur : vel à βάλλω jacio, &

& βάσις greſſus, quòd equi inde curſum ſuum ordirentur.

Βαλλίζω, Tripudio; à βάω eo, & ἅλλομαι ſalio.

Βαλλωνὶὴ, ῆς, ἡ, Marrubium nigrum; fortè à βάλλω, quòd ſit rejiculi & ingrati odoris, non ſuavis, ut album.

Βαμβαίνω, Inarticulatè loquor; à βᾶ, ut ſit qu. βαβαίνω.

Βάναυσος, ου, ὁ ϗ ἡ, Artifex illiberalis, ſordidus; qui βαδνον αὖϛ fornacem accendit; & generalitèr, qui in vilioribus operibus verſatur.

Βάπτισμα, τος, τὸ, Baptiſma; derivatur à præteriti paſſivi primâ perſonâ βεβάπτισμαι à βαπτίζω, quod à βάπτω tingo: vel q. βάπταισμα à βάλλω jacio & πταῖσμα peccatum, quòd in baptiſmate peccati ſordes abluantur.

Βάπτω, ψω, Mergo, tingo; à βάω eo, & πίπτω cado, qui mergitur, it in aquam cadendo: vel à βύω tego & ποτὸς pro aqua; quia qui merguntur, aquâ teguntur; aut à βαθὺς profundus, quia merſa in profundum eunt: vel etiam à ſimplici βάω eo, ut ſignificet in liquorem ire facio.

Βάραθρον, ου, τὸ, Barathrum, foſſa profunda in quam facilè deſcenditur, à βάω eo.

Βάρβιτος, ου, ὁ, ἡ, vel βάρβιτον, ου, τὸ, Inſtrumentum muſicum, qu. βαρύμιτος, à gravibus chordis.

Βάρις, ιδος, & ιος, ἡ, Navis; à βάρος onus, quòd onera ferat, mercibúſque importandis & exportandis inſerviat.

Βάρος, εος, τὸ, Pondus, onus; quia βίᾳ αἴρεται, i. e. vi tollitur; aut à βαρὺς gravis, quòd onera ferentibus ſint gravia.

Βάσανος, ου, ἡ, Probatio, lapis Lydius; inquiſitio per tormenta; qu. βιάσανος, a βία vis, quòd veritas ab improbis qu. vi exprimitur.

Βασιλεὺς, έως, ὁ, Rex; qu. βάσις λεώ, i. e. λαῦ, quia populi ſalus eſt & fundamentum.

Βάσις,

Βάσις, ιος, ἡ, Itio, greſſus, pes, fulcrum ; à βάω eo.

Βασκαίνω, Faſcino, invideo ; quaſi φάεσι καίνω luminibus, i.e. oculis occido : vel quaſi φάσκω αἰνὰ dico horrenda.

Βάσκω, Eo ; à βάω idem.

Βασσάρα, vel ρα, Calceamenti genus ; παρὰ τὸ βάσει ἁρμόζειν, quòd greſſui ſit idoneum.

Βαστάζω, σω, κα, Porto, bajulo ; à βάω eo & στάω ſto, quòd in ferendis oneribus ſtandum ſit & eundum.

Βάταλος, ου, ὁ, Mulieroſus, effœminatus ; à quodam Batalo, viro molli & effœminato.

Βάτος, ου, ἡ, Rubus ; fortè à βία vis & ἄπτω lædo ; quòd violenter lædat : vel qu. ἄβατος inacceſſibilis, quòd illam ſpinis horrentem non licet facilè ſcandere ; Dr. ergo per Antiphraſin βάτος.

Βάτραχος, ου, ὁ, Rana ; à βοᾷν τραχέως, quòd vox illi ſit rauca & aſpera.

Βαύζω, ξω, ξα, Latro ; à βαῦ ſono canis latrantis : vel à βοάω clamo.

Βαυκάλιον, ου, Vas ; qu. colli anguſtioris ; quia βαύζει cùm ei aqua infunditur.

Βαῦνος, ου, ὁ, Fornax ; caminus ; ab αὔω accendo, & β præfixo.

Βδέλλα, ης, ἡ, Sanguiſuga ; à βδάλλω vel βδέλλω ſugo, quòd ſanguinem exprimat & exugat.

Βδελύσσω, ξω, Fœtere facio ; abominabile reddo ; à βδέω fœtorem emitto.

Βδέλος, ου, ὁ, Crepitus ventris ; à βδέω pedo.

Βέβαιος, ου, Stabilis, firmus ; à βέβαα fundatus ſum ; ex βάω eo ; firmum illud eſt, in quo tutò poſſis incedere.

Βέβηλος, ου, Profanus ; cujus limen ingredi fas eſt cuivis ; ergo à βάω eo & βηλὸς limen.

Βέλος, εος, τὸ, Jaculum ; à βάλλω jacio.

Βελόστασις, εως, ἡ, Locus ad tela conſtitutus, vallum, propugnaculum, à βελῶν στάσις, quòd ſit locus telis reponendis & conſervandis deſtinatus.

Βίλ-

Βέλτερος, ὁ, Melior; à βέλομαι volo, ſicut Latinè Optimus ab opto: vel à βέλος jaculum, ut propriè & primariò eum ſignificet, qui in telis jaciendis alios ſuperat.

Βέμβιξ, ικος, vel βέμβιξ, ῑδος, Turbo, trochus; à βόμβος, i. e. ſono, quem edit: vel παρὰ τὸ βίᾳ βλῶσθαι, quòd violenter eat, h. e. moveatur.

Βένθος, ους, τὸ, Profunditas; à βάθος idem.

Βέομαι, & βείομαι, Vivam, Gradiar; illud à βίος vita, hoc à βαίω eo.

Βέπον, ου, τὸ, Betium herba; aliter dictamnus; an à βία vis, quòd violenter velut abigat venenata?

Βηλὸς, οῦ, ὁ, Limen domûs; à βαίω eo & λίαν valde; quòd per limina ſæpiùs eatur.

Βῆμα, ατος, τὸ, Greſſus, tribunal; à βαίω eo.

Βῆξ, ηγὸς, ὁ, (& frequentiùs, ἡ) Tuſſis, à βήσσω tuſſio: vel à βῆ βῆ ſono ovium tuſſi laborantium.

Βήσσω, Tuſſio; à βία vis; quòd non ſit ſine violenta pectoris tunſione; aut à βοῆ ſono, quem tuſſientes edunt.

Βῆσσαι, αἱ, Loca in montibus in quibus gradi poſſumus; à βαίω gradior.

Βηχαμὸς, οῦ, ὁ, Saltatio concinno greſſu; à βαίω eo, & ἄρω apto, ut ſit motibus concinnis & eleganter ſaltare.

Βία, ας, ἡ, Robur, violentia; ab ἴα vis, ἴς vis, β otiosè propoſito.

Βιβάζω, Venire facio, à βαίω eo; geminatâ primâ literâ.

Βίβλος, ου, ἡ, Liber; à βύβλος planta Ægyptia, ex qua olim libri ſolebant fieri.

Βιβρώσκω, Edo; à βορὰ eſca, reduplicatâ primâ literâ.

Βικίον, Urceolus; à βίκος dolium.

Βινέω, Ineo; à βαίνω pro ὀχεύω: vel à βία vis.

Βίος, ου, ὁ, Vita, victus; à βία vis, ut Vita à vi, vi enim vivitur: vel à βάω eo, nam & greſſus vitam indicat.

Βιὸς, οῦ, ὁ, Arcus, quia βίᾳ vi tenditur.

Βλάβος,

Βλάνος, ου, ὁ, Cæcutiens; q. βλέπους ἀνεὺ sine visu: unde Blind Anglicè.

Βλαισὸς, οῦ, ὁ, Valgus, distortis cruribus; à βλάπτω lædo, ut sit cui crura læsa sunt.

Βλὰξ, κὸς, ὁ, Piscis quidam inutilis; à βάλλω jacio, quòd abjici dignus. Metaphoricè homo ignavus, abjectus.

Βλάπτω, ψω, φα, Lædo, noceo; à βάλλω jacio & ἰάπτω lædo, ut sit qu. feriendo lædere.

Βλαστάνω, Fut: βλαστήσω, Aor. 2. ἔβλαστον, germino, à βάλλω mitto & ἄνω sursùm, quòd flores plantarum sursùm mittantur à protrudente succo.

Βλάσφημος, ου, ὁ, Blasphemus, maledicus; à βλάπτω noceo, & φήμη fama, ut sit, qui alicujus famæ & æstimationi detrahit; vel à βάλλειν φήμαις, i. e. aliquem falsis calumniis aspergere.

Βλαῦται, Genus calceamenti, quia eis calcamus βόλιτον, i. e. stercus: inde ἄβλαυτος carens calceis.

Βλεμεαίνω, Trucibus oculis circumspicio; à βλέμμα visus.

Βλέννα, ης, ἡ, Mucus; à βάλλω jacio, mitto, quòd è naribus emittatur.

Βλέπω, ψω, φα, Aspicio, caveo, qu. βάλλω ὦπα, oculum qu. ad objectum suum mitto.

Βλέτυγες, & βλέκυνες, Nugæ, à βαλεῖν: quia rejectaneæ.

Βλέφαρον, ου, τὸ, Palpebra; qu. βλέπους φάρος, i. e. visûs pallium, tegmen: vel quia ἐν τῷ βλέπειν αἴρεται, i. e. inter videndum attollitur.

Βληχάομαι, ῶμαι, (fut. ήσομαι) Balo, de ovibus & capris: à sono βῆ & λέγειν dicere.

Βληχρὸς, οῦ, ὁ, Debilis, à βληχὴ, quæ est vox ovium, animalium imbellium: vel à βλέω pro βάλλω & χρόα color, quòd omnis eorum color, rubicundus scil: & vividus, sit amissus & qu. abjectus.

Βλίτον, Blitum, olus insipidum; qu. βλητὸν rejiculum, ob vilitatem.

Βλίττω,

Βλίττω, ίσω, Exprimendo aufero, ut mel ex favis; ut ſit quaſi μελίττω à μέλιττα apis, mel apibus aufero.

Βλὶξ, Continentèr, aſſiduè, velut ictu; ἀ βολὴ ictus, ut ſit qu. oculi ictu.

Βλοσυρὸς, ὰ ὸν, Torvus, terribilis aſpectui; à βλέμμα oculus & σύρειν trahere; ut ſit, qui frontem corrugat & ſupercilium contrahit.

Βλύζω & βλύω, fut βλύσω, Scaturio, mano; qu. βαλλύζω à βάλλω fundo, quòd fontes aquam emittant: vel, ut alii volunt, à ſono aquarum ſcaturientium, quæ ſolent cum ſtrepitu quodam & murmure ebullire; ab hoc βλύζω deſcendere videtur vox Latina *bullio*.

Βλωμὸς, οῦ, ὁ, Buccella, fragmentum panis; à βάλλω jacio; quòd εἰς τὸ στόμα βάλλεται, quòd in edentis os ingeratur: vel qu. βρωμὸς à βρῶ edo, quòd panis uſus eſt ut edatur: vel q. φλωμὸς à φλάω frango, quòd panis fracti portionem ſignificet. Etym.

Βλωθρὸς, οῦ, Altus; à βλώσκω aſcendo, & θόρω ſalio; ut ſit celeritèr & qu. ſaliendo in altum aſcendo: vel à βλώσκω ſignificante creſco.

Βλώσκω, σω, Venio, aſcendo, creſco; à μολέω venio; β & μ commutantur.

Βοάγρια, ων, τὰ, Spolia; quæ ſunt ἐκ τῆς βοῆς ἀγρευόμενα ex bello collecta.

Βοάω, ήσω, Clamo inſtar bovis, ut ducatur à βοῦς bos. Etym: ducit à βοὴ clamor.

Βοὴ, ῆς, ἡ, Pugna, prælium; à βοάω clamo, quòd non ſine ſono & clamore gerantur prælia.

Βοηδρομέω, ήσω, Auxilior; quaſi εἰς βοὴν δρέμω, ad clamorem curro.

Βοηδρόμια, ων, Feſtum Athenis celebrari ſolitum; dictum à βοηδρομέω auxilior, quòd Xythus Athenienſibus contra Eumolpum pugnantibus ſuppetias tulerit, ejúſque auxilio Athenienſes victores evaſerint;

rint ; in cujus victoriæ memoriam festum, inde βοηδρόμια dictum, erat institutum.

Βοηδρομιών, ῶνος, ὁ, Mensis Augustus ; dictus quòd eo mense festum βοηδρόμια dictum celebratum fuerit.

Βοηθέω, ῶ, ήσω, Auxilior, ad auxiliandum eo ; ut dicatur, quasi εἰς βοὴν θέω, hoc est, ad clamorem accurro : vel (ut vult Etym:) quod solent auxiliarii, μετὰ βοῆς (τετέσι βοῶντες) σπεύδειν, i. e. cum clamore ad auxiliandum festinare ; hinc βοηθὸς & βοήθεια, auxiliator, auxilium.

Βόθρος, ου, ὁ, Fovea, scrobs ; qu. βάθρος à βάθος profundum ; quòd foveæ ut plurimùm sint profundiores: vel à βαίω βῶ eo, per Antiphrasin, ut sit locus ἐφ' ὃν οὐδεὶς βαίνει in quo nemo graditur : vel etiam contractum ex βάραθρον, α in ο verso.

Βόλβιτον, quod & βόλιτον, ου, τὸ, Stercus ; dictum à βολὴ quâ ejicitur βάλλω) : vel à βοῦς βοὸς, bos ; ut stercus bovinum propriè & primariò significet.

Βολβὸς, οῦ, ὁ, Bulbus ; puto à βῶ valdè & λαβὴ prehensio, quia ob crassitiem facilè prenditur : vel (ut vult Etym:) παρὰ τὸ βίᾳ ἀναβάλλεσθαι.

Βολεὼν, ῶνος, ὁ, Sterquilinium ; in quod stercus βάλλω, hoc est, projicitur.

Βόμβος, ου, ὁ, Bombus, vox per onomatopœiam facta à βὸμ βὸμ, qui est sonus huc illuc volitantium : vel etiam quasi βοὴ βοᾷν, quasi clamando clamare, ut vult *Martinius*.

Βομβύλη, ης, ἡ, { 1. Apis genus obstreperæ ; παρὰ τὸ βομβεῖν, à sono quem edit. 2. Poculi genus, quod est στενοτράχηλον, i.e. colli angustioris, ut βόμβον edat, i. e. inter bibendum intersonet.

Βόμβυξ, υκος, ὁ, Bombyx vermis, à sono quem edit, qui βόμβος dicitur, qualis est ille apum sonitus.

Βόνασος, vel βόνασσος, Bonasus, animal quoddam ; à βοῦς bos ; est

est enim bovini generis, finem vocis faciunt ab αἴθω (αἴσω futurum) uro; quod stercus ejus concitati urit.

Βορὰ, ᾶς, ἡ, Pabulum, esca: à βόω alo, inus:

Βόρβορ-ος, ου, ὁ, Cœnum, limus; à βορὰ pabulum, quòd porci in limo pabulum quærant: vel potius, quòd sit stercus, ὃν ἐκ βορᾶς, i. e. excrementum è pabulo proveniens: vel à βάρ-ος onus, stercus enim antequam excernatur, corpori onus est.

Βορέας, ου, ὁ, Aquilo, dictus quòd edacitatem afferat; à βορὰ pabulum; cùm enim sit ventus frigidus, digestionem adjuvat, hominésque edaciores reddit: alii à βοᾶν καὶ ῥεῖν quòd sit vehemens & flatûs sonori: vel etiam à βορὰ pabulum, quòd fruges augens βορὰν, i. e. alimentum ministret: vel denique, ἀπὸ τοῦ ῥᾴον βαίνειν, quòd ejus spiramine nihil celerius.

Βόσμαξ, vel βόσμηξ, Formica, quia diligenter βορὰν μάσσει, i. e. cibum quærit, vel collecta grana μασᾶται: vel à μόρμηξ idem; & certè μ & β cognata sunt.

Βόσκω, ώσω, Pasco, à βόω inus. vel à βοῦς bos, quòd boves, ut saginentur, multum pabuli desiderent.

Βόσπορ-ος, ου, ὁ, Bosporus, mare; dictum quasi βοὸς πόρ-ος, hoc est, bovis transitus: fabulantur enim poëtæ, quòd Jupiter in juvencam transmutatus eum locum tranaret: est enim fretum angustum.

Βόστρυχ-ος, ου, ὁ, & βόστρυχον, τὸ & βόστρυξ, υχ-ος, ὁ, Cincinnus, à βότρυς racemus, & ἔχω habeo, ut cincinnatus is sit, qui cincinnos habeat, racematim sive instar racemorum pendulos.

Βοσκὰ ὧν, τὰ, Oves, armenta; à βόσκω pasco.

Βοτάνη, ης, ἡ, Herba, à βοτὸς esca ex βόω pasco; esca ea prima animalium: vel ἀπὸ τοῦ βίᾳ πίνειν, i. e. αὔξειν, quòd citò & quasi cum impetu crescat & extendatur.

Βοτὴρ,

Βοτὴρ, ῆρος, ὁ, Pastor ; à βόσκω pasco.

Βότρυς, υος, ὁ, Botrus, uva, racemus ; ex quo ποτὸν ῥέει, i.e. potus fluit, scil: per expressionem in torculari: vel παρὰ τὸ βῶ, i. e. πατῶ calco, quòd sub ποσὶ τριβόμενος, quòd in torcularibus racemorum succus pedibus exprimatur.

Βοῦ, Est particula augendi ; à βοῦς, i.e. bos, qui magnum animal : sic & ἵππο auget.

Βούβαλος, ου, ὁ, Bubalus ; sylvestris bos ; ex βοῦς bos.

Βούβοσις, ιος, ἡ, Edacitas magna ; quasi τῶν βοῶν βόσις, i. e. esus boum.

Βούβρωστις, ιος, ἡ, Fames magna ; ita dicta quòd τοὺς βοῦς λυμαίνεται καὶ βρῶσιν ποιεῖ, quòd boves perdat, eósq; in esum usúmque hominum mactari faciat.

Βουβὼν, ῶνος, ὁ,
1. Pubes, femur ; à βοῦ Epit: i. e. valdè & βῶ, i. e. βαίνω eo, quòd femur sit gressûs & itionis instrumentum.
2. Inguinis tumor ; à βοῦ valdè & βῶ eo, quòd μεγάλως βαίνει εἰς οἴδημα, quòd sit tumor magnus & valdè auctus.

Βουγάϊος, ου, ὁ, Jactator ; à βοῦ valdè & γαίω glorior : vel à βοῦς bos & γαίω glorior, ut sit qui se βοῶν ἔργα boum opera, i. e. magna & operosa facere posse gloriatur.

Βουκαῖος, βοῦκος, Bubulcus, a βοῦς bos, ut sit qui boves curat.

Βουκάπη, ης, ἡ, Præsepe ; locus dictus quòd in eo βόες κάπτουσι boves fœnum edant.

Βούκεντρον, ου, τὸ, Stimulus ; (κέντρον) quo aguntur βόες boves.

Βουκέφαλος, ου, ὁ, Bucephalus, Alexandri equus ; à βοῦς bos & κεφαλὴ caput ; non quòd esset capite reverà taurino, sed quòd caput taurinum armo ipsius imprimeretur.

Βουκόλος, ου, ὁ, Bubulcus ; à βοῦς bos, & κόλον cibus : vel quasi βουκονος à βοῦς bos & κονέω operor, ut sit, qui circa boves operam exercet : vel à βοῦς bos & κέλλω propinquo ;

propinquo; ut sit qui inter boves versetur: vel quasi βοκόμος, à βοῦς & κομέω curo, ut sit, cui boves curæ sint.

Βουλὴ, ῆς, ἡ, Consilium, concilium; à βούλομαι volo, vel à βοῦ valdè & λάω video; quòd reipub: intersit consiliarios esse oculatissimos, qui sunt regni speculatores.

Βουληφόρος, ου, ὁ, Consiliarius, à βουλὴ consilium & φέρω fero.

Βουλιμία, ας, ἡ, Fames magna; à βοῦ valdè & λιμὸς fames.

Βουλιμιάω, άσω, Valdè esurio: à βουλιμία fames magna.

Βούλομαι, ἠβούλομαι, Volo; à βοῦ valdè & λάω video; quæ volumus & cupimus, ea primùm vidimus: ignoti nulla cupido.

Βουλυτὸς, οῦ, ὁ, Vesper; tempus in quo λύονται βόες, i. e. boves solvuntur, & ab operibus cessant.

Βουνὸς, οῦ, ὁ, Collis; à βαίνω ascendo; quòd in illum gradatim ascenditur.

Βούπαις, παιδος, ὁ, Puer grandis; à βοῦ valdè & παῖς puer.

Βούπρησις, ιος, ἡ, Genus oleris, à βοῦ valdè & πρήθω uro, quòd sit naturæ calidioris.

Βοῦς, βοὸς, ὁ ἡ, ἡ, Bos; à βόω pasco; idque ob rationem duplicem; primò, quòd boves terram arando, nobis alimentum præbeant, Secundò, quòd caro bubula sit præcipuum hominis alimentum.

Βότρυς, υος, Butomum herba; dicta quòd eam βόες τέμνουσι boves carpunt.

Βοφόνια, ίων, τὰ, Festum quoddam Athenis; à βοῦς bos & φόνος cædes, quòd in illo festo boves quamplurimi diis mactarentur.

Βραβεῖον, ου, τὸ, Præmium certaminis; à βραβεὺς certaminis judex; erat enim ὁ παρὰ τῶ βραβεῖ δεδομένος στέφανος τῷ νικῶντι, corona quæ à brabeutis vincenti daretur.

Βραβεὺς, έως, ὁ, Qui dat præmium certaminis; nonnulli ducunt à ῥάβδος virga, nam & βραβεὺς & ῥαβδοῦχος

idem dicitur; οἱ γὰρ βραβεῦται ἦσαν βασιλικὰς ῥάβδους κατέχοντες, i. e. virgam regalem manu gestare solebant. Etym:

Βράβυλα, ων, τὰ, Pruna Damascena; quasi βοράβυλα, à βορὰν βάλλειν quòd alvum solvant.

Βράγχος, ου, ὁ, vel εος, τὸ, Raucedo; à βρόγχος guttur; quia gutturi accidit raucedo ab humorum decursu in illam partem decumbentium: vel quasi βαρεῖαν ἰαχὴν ἔχον, quòd raucedo sit quædam vocis asperitas.

Βραδὺς, έος, Tardus, segnis, stupidus; qui βαρὺς εἰς τὸ δύειν, i. e. onera; quòd ad onera ferenda ægrè accedat.

Βράκακον, ου, τὸ, Olus agreste; quasi λάχανον ἄγριον quod idem sonat.

Βραχίων, ονος, ὁ, Brachium ab humero ad cubitum; à βραχὺς brevis, ob brevem distantiam inter humerum & cubitum: vel à βραχὺς & κίων columna, βραχυκίων γὰρ ἐστίν. Etym.

Βράχω, Sono; vox facta per onomatopœiam.

Βρέγμα, ατος, τὸ, Sinciput; capitis pars altior; à βρέχω irrigo, quòd à pluvia imbribúsque descendentibus ea pars corporis primùm humectetur.

Βρέμω, fut. βρεμῶ, Fremo, murmuro; à βαρὺ grave, est enim gravitèr sono.

Βρένθις, & βρένθιξ, Lactuca; an quia facilè è terrâ βρύει, i. e. germinat?

Βρέτας, τὸ, Indecl: Simulacrum; à βροτὸς quia βροτῷ, i. e. mortali homini simile.

Βρέφος, εος, τὸ, Infans; an quia βρύει, i. e. salit, aut in utero qu. germinat? aut ab Hebr: בַּר puer, filius; vel qu. φέρβος per metathesin à φέρβειν pascere, quia in utero alitur?

Βρεχμὸν, οῦ, τὸ, Sinciput; à βρέχω irrigo, quòd cùm sit capitis pars altior, pluviis imprimis irrigetur. Etym:

Βρέχω,

Βρέχω, ξω, Irrigo, pluo; à βεῖ valdè & χέω fundo, quòd ad irrigationem necesse est ut aqua effundatur.

Βρήσσω, Tussiendo exspuo; à βήσσω vel βράσσω idem.

Βεῖ, Particula epitatica, significans ἄγαν valdè, robustè, per apocopen à βειάω.

Βειαρὸς, ῦ, Fortis, robustus; à βία vis, robur, ρ interposito.

Βειάω, άσω, Robustum reddo, robustus sum; à βαρὺς gravis, valens.

Βείζω, ίσω, & ίξω,
1. Edo, à βορὰ pabulum.
2. Post cibum dormio, à βάρος onus; quòd post sumptum cibum, caput vaporibus gravari solet; vel à βορὰ cibus & ίζω sedere facio; ut sit post epulas sedendo se ad somnum capiendum componere.

Βειήπυος, ον, Latè sonans, à βεῖ valdè & ἠπύω sono.

Βείθω, σω, Gravis sum, ingravesco; à βαρὺς, gravis, hinc βειθὺς, έος, gravis.

Βείμη, ης, ἡ, Robur; à βειάω robustum reddo: vel à βεῖ valdè. Etym:

Βειμόομαι, ῦμαι, Fremo, excandesco irâ; à βρέμω.

Βρόγχος, ου, ὁ, Guttur; à βρόχω sorbeo; vel quòd βρόχῳ ἄγχεται, laqueo constringitur; ibi enim sit strangulatio: vel à βρέχω irrigo, quòd potu soleat irrigari.

Βρόμος, ου, ὁ, Strepitus ignis; à βρέμω fremo.

Βροντὴ, ῆς, ἡ, Tonitru; à βρέμω fremo; est enim nubium fractarum fremitus vel fragor.

Βροτολοιγὸς, οῦ, ὁ, Hominum consumptor; à βροτὸς mortalis, & λοιγὸς pestis, pernicies.

Βροτὸς, ου, ὁ, Mortalis; quasi ροτὸς fluxus, à ῥέω fluo; quòd mortales, sicut fluxus, sint evanidi: vel à βρώσκω edo, quòd hominis cadaver à vermibus depascatur; vel à μοίρω divido, ut vult Etym:

Βρότος, ου, ὁ, Sanies, tabum hominis βροτοῦ: sic enim Etymol: κυρίως ἐστὶν ἀνθρώπου βρότος καὶ οὐδέποτε ἄλλου ζώου.

Βεβλόω, ώσω, Mortalem reddo, à βεβλὸς mortalis. Cruento, à βρότος ſanies.

Βρῶκος, Locuſta, à βρύω rodo ; quòd plantas depaſcatur.

Βρόγχος, ου, ὁ, Guttur : à βρέχω irrigo, quòd potu irrigetur.

Βρόγχος, ου, ὁ, Laqueus ; à βρόγχω ſorbeo, per Antiphraſin, quòd gutturi adſtrictus laqueus ſorbitionem impediat : vel à βρόγχος guttur, quòd ei adſtringi ſoleat : vel à βρέχω irrigo, ut primariò rudentem ſignificet, qui aquis irrigatur.

Βρόγχω, Sorbeo, inuſit. unde ἀναβρόγχω, καταβρόγχω ; à βρέχω irrigo.

Βρυγμὸς, οῦ, ὁ, Stridor dentium, à βρύχω ſtrideo.

Βρύκω, Mordeo, rodo, quaſi βορδύκω à βορὰ eſca.

Βρύον, τὸ, Muſcus, qui βρύει, i. e. inſtar herbarum germinat.

Βρύτον, τὸ, vel τος, ου, ὁ, Cerviſia, vinum hordeaceum ; à βρύω ſcaturio, liquorem emitto.

Βρύχω, Frendeo, ſtrideo, à βρύκω mordeo, quòd inter mordendum dentes ſtrideant.

Βρῶμα, τος, τὸ, Cibus ; à βρώσκω edo.

Βρῶμος, ου, ὁ, Fœtor ; à βαρὺς gravis & ὀσμὴ odor, ut ſit graveolentia.

Βρῶσις, ιος, ἡ, Cibus ; à βρώσκω edo.

Βρώσκω, Comedo, depaſco ; à βορὰ cibus, præter quem nil comeditur.

Βύας, ου, ὁ, Bubo ; à ſono, vel à βύζειν, i. e. ferali carmine gemere, quòd noctuæ inter aves ferales & infauſti ominis numerentur.

Βύβλος, ου, ἡ, Papyrus, planta Ægyptia, quæ multum in ſeſe humoris ſorbet ; ideóque dr. à βύω impleo, & βλύω ſcaturio, quòd humore facilè impleatur.

Βύζω, 1. Impleo ; à βύω idem.
2. Vagio ; à βῦ voce infantili.
3. Gemo ; ut bubo, qui βύας dicitur, ſi hoc illo ſit prius.

Βυθὸς, οῦ, ὁ, Fundum, imus gurges ; à βάθος profunditas.

Βυκάνη,

Βυκάνη, ης, ἡ, Buccina; poſſit quidem eſſe à βύζω impleo; quia confertim impletâ voce ſonat; ſed potiùs à βύω obturo, quòd dum inflatur, ore appreſſo qu. obturatur.

Βύκλης, ου, ὁ, Sonans, ſpirans, venti epitheton; à βύζειν quaſi βδ λέγειν. Etymol: Velim à βύζω confertim impleo; ut ſit, quaſi inflatâ buccâ vehementer ſpirare: vel à βύω claudo, per Antiphraſin, quòd ventus nullis terminis includi poteſt.

Βύνη, ης, ἡ, Hordeum aquâ madefactum; an à βύω impleo & νάω fluo, quia humore impletur?

Βύρσα, ης, ἡ, Corium, pellis, à βύω claudo, tego; quia ea animal tegitur: vel quaſi δέρσα à δέρω excorio.

Βυρσεύς, ὁ, Coriarius, à βύρσα corium.

Βυρσοδέψης, ου, ὁ, Coriarius; à βύρσα corium, & δεψέω ſubigo, mollio.

Βυθοβομβέω, έσω, Profundè cogito; à βυθὸς fundum, & βέμω extruo; ut ſit quaſi in profundo aliquid moliri & machinari.

Βυθὸς, ου, ὁ, Fundum; à βύθος idem.

Βύσσος, ου, ἡ, Byſſus; Heb. בוץ *botz* eſt byſſus.

Βύω, Obturo, impleo; forte a βάω eo; impleo eſt ingredi facio, uſque dum vacuum non ſit.

Βῶλος, ου, ὁ, Gleba; puto à βόω paſco & λία valdè, quòd ex glebis animantium pabulum uberrimè efflorescat: vel ὅτι τὸ ὑπὸ τῶν βοῶν ἀλοᾶσθαι, quòd à bobus arantibus diffringatur: vel quòd βαλλόμενοι λύεσθαι, quòd glebæ aratro effractæ diſſolvantur: vel quaſi πῶλος à πολέομαι verſor, quòd ſubinde gleba vertatur.

Βωμολόχος, ου, ὁ, Scurra; de iis propriè qui circa aras obverſantes victimis tendere conſueverunt inſidias; à βωμὸς ara & λοχάω inſidias ſtruo.

Βωμὸς, οῦ, ὁ, Baſis, ara; à βάω eo, aſcendo, quòd aræ ſitæ eſſent in locis editioribus, ad quas populi aſcendebant:

vel παρὰ τὸ βαίνειν τὸ αἷμα quòd ab aris victimarum ſanguis dimanaret.

Βὼξ, κὸς, ἡ, Piſcis genus ; q. βόαξ à clamore, nempè à βοάω clamo : vel à βοῦ valdè & ὄψ vox, μεγάλην γὰρ φωνὴν προΐεται, *Ariſt:* i. e. magnam vocem emittit.

Βωστρέω, ήσω, Clamo, invoco ; quaſi βοαστρέω à βοάω clamo.

Βωπάνειρα, ας, ἡ, Quæ homines paſcit ; à βόσκω paſco & ἀνὴρ vir.

Βώτωρ, ορος, ὁ, Paſtor ; à βόσκω paſco.

Γ.

Γ — TErtia apud Græcos litera ; ab Hebr: *gimel*, in numeris ternarium ſignificat ; ducit Etym: παρὰ τὸ ἀμῶν τὴν γῆν à metendo terram ; & rationem ſubjungit, δρεπανῶδες γάρ ἐστιν, i. e. literæ Γ character meſſoriæ falci ſimilis eſt.

Γαγγαμὼν, ῶνος, ὁ & γαγγάμη, ης, ἡ, Rete ; ducit Etymol: per reduplicationem à γῶ τὸ λαμβάνω. i. e. capio ; quòd rete capiendis feris & iſtiuſmodi ſit accommodum.

Γαγγαλίζω, ίσω, Ridere facio ; εἰς γέλωτα ἄγω, i. e. ad riſum commoveo ; fieri vult Etymol: à γέλω γελίζω & ε mutato in α & γ reduplicato γαγγαλίζω.

Γάγγραινα, ης, ἡ, Gangræna ; partis alicujus mortificatio latiùs gliſcens ; ab ἄγαν valdè & γραίνω edo, quia partes ſinceras avidè depaſcitur : vel etiam a γάνος gaudium & γραίνω edo, quòd membra humani corporis depaſcere quaſi gaudeat: vel ſimplicitèr à γραίνω per reduplicationem.

Γαζοφυλάκιον, ου, τὸ, Gazophylacium, locus ubi theſaurus reponitur & ſervatur, à γάζα theſaurus & φυλάσσω ſervo.

Γαῖα, ας, ἡ, & Poëticè αἶα, ας, terra ; à γάω naſcor, quòd ex terra, quæ ideò magna parens dicitur, fruges & arbores enaſcantur.

Γαι-

Γαιήοχος, ου, Neptunus; dictus vel ab ἔχω contineo, & γαῖα terra, quòd mare, cujus deus est Neptunus, terram circundet & quasi continere videatur: vel quòd ἐπὶ τῆς γαίης ὀχεῖται, super terram ferri videtur.

Γάκινος, ου, Terræ motus; ut sit ὁ κινῶν τὴν γῆν, ventus violentus, qui terram concutit.

Γάλα, ακτος, τὸ, Lac; dr: quasi γέλα à γελάω rideo; lac enim primum hominis alimentum est, eíque semper arridet: vel à γῦον membrum, & ἅλλομαι salio, quòd lac ex membris, scil: mammis, ubertim saliat: vel quòd sit καλὸν bonum, i. e. εἰς ἀναθρεψὴν ad nutritionem accommodum.

Γαλαθηνὸς, οῦ, ὁ, Infans qui lactatur; à γάλα lac & τίθημι θήσω pono, ut sit qui mammis supponitur ad lac exprimendum.

Γαλερὸς, ὰ, ὸν, Serenus, tranquillus, hilaris; à γαλήνη, quæ est maris tranquillitas: vel qu. ἀγαλερὸς, ab ἀγάλλω orno, quòd vultûs serenitas maximum eidem sit ornamentum.

Γαλερωπὸς, ὸν, ὁ καὶ ἡ, Hilaris, vultu subridens; à γαλερὸς hilaris & ὤψ vultus.

Γαλήνη, ης, ἡ, Serenitas, tranquillitas; cùm aër, aut mare, quasi ridet, à γελάω, hoc est, rideo.

Γάλιον, ου, τὸ, Galium herba; à γάλα lac; quia in contrahendo lacte coaguli vicem supplet.

Γάλλος, ου, ὁ, Eviratus, spado; Etym: vult dici ab ἄλλος, quasi qui naturam mutavit: οὔτε ἀνὴρ ὢν οὔτε γυνὴ, hoc est, existens neque vir neque fœmina: Etym.

Γάλως, ω, vel ωος, & γαλόως, όω, ἡ, Glos, soror mariti, vel uxor fratris, *Eustat:* derivat à γάλα, διὰ τὸ γαλήνιον καὶ προσηνὲς τῆς πρὸς ἀγκιστείαν ἐγγύτητος, qu. serena & amica affini: aut à καλεῖν, ut sit ἡ μάλιστα τῶν ἀγχιστευόντων καλουμένη ὑπὸ τῆς γυναικός.

Γαμβρὸς, οῦ, ὁ, Gener, socer; à γαμέω uxorem duco, quòd sit affinis ex nuptiis.

Γαμηλία, ας, ἡ, Celebratio nuptiarum; dos propter nuptias; à γαμέω, ήσω, uxorem duco.

Γάμος, ου, ὁ, Nuptiæ; à γάω, genero, naſcor; proles enim nuptiarum eſt finis: vel quaſi δάμος à δαμάω domo, Etym: rationem ſubjungit; ὁ γάμος, δαμαστικὸς τῆ θηλειῶν, i. e. fœminæ nuptiis domantur, unde virgines innuptas *Homerus* ἀδμήτας δαμάσεις vocat: alitèr etiam dr. quaſi δάμος, παρὰ τὸ δύω ἅμα εἶναι, quòd per nuptias duo in unum conjungantur.

Γαμψὸς, ή, ὁ, Inflexus, aduncus; à κάμπτω, flecto, incurvo.

Γαμφηλὴ, ῆς, ἡ, Maxilla; à κάμπτω flecto.

Γάνος, εος, τὸ, Lætitia; à γαίω lætor, glorior: vel à γανόω voluptate perfundo: vult Etym: παρὰ τὴν γλῦ, quæ propter fertilitatem ſuam nobis γάνος, i. e. lætitiæ cauſa eſt.

Γαργαρεὼν, ῶνος, ὁ, Guttur; à ſono qui fit collutione.

Γαργαρίζω, Guttur aquâ colluo, à γαργαρεὼν guttur.

Γαστὴρ, έρος, ἡ, Venter; à χῶ capio, quòd cibos omnes in ſe recipiat.

Γαστριμαργὸς, ὁ, Guloſus; à γαστὴρ venter, & μαργὸς edax, veſanus.

Γαυλὸς, ὁ, Mulctra; à γάλα, i. e. lacte, quod recipit.

Γαῦρος, ου ὁ, Superbus, arrogans, lætitiâ elatus; à γαίω ſuperbio. A γάιω fit γαύω, deinde γαῦρος & interjecto ρ γαυρὸς. Alii derivant ab ἀγαυὸς abſciſſo α.

Γάω, Genero, naſcor; à γέα, i. e. terra, quæ eſt mater generantium corporum.

Γέα, Contractè γῆ terra; à γάω, quia gignit φυλὰ; ſi hoc illo ſit poſterius.

Γέγαιος, α, E terrâ natus; à γέα terra, per reduplicationem aut pleonaſmum literæ γ vel à γέα & γείνομαι gigno,

Γέεννα, 1. Vallis quædam prope Hieroſol: גֵּיהִנֹּם *geinnom*, i. e. vallis Hinnomi.
2. Locus ſuppliciorum æternorum, Gehenna.

Γέισα, vel γῆσα, τὸ, Saggrunda: quia pluvias à parietibus averſus

versas εἰς γῆν σείῃ, in terram amovet & quatit.

Γείτων, ονος, ὁ χῆ ἡ, Vicinus; à γέα quasi γείτων, vel à γῆ quasi γητίτων, quia ejusdem terræ incola.

Γελαστὸς, ὴ, Risibilis, ridiculus; à γελάω rideo.

Γελάω, άσω, Rideo; à γέλα splendor Solis; ridentis vultus quasi splendet. Velim potiùs παρὰ τὸ γένειον εἱλεῖν, quòd inter ridendum mentum & maxillæ quasi volvantur: vel παρὰ τὸ τὰ γυῖα λύειν, quòd quasi solvat membra: vel ab ἕλη calor, quòd qui temperaturæ sunt calidioris, plus aliis rideant: vel denique quasi χέλως à χέω fundo, quòd ridentes quasi effusam habeant animam. Etymol:

Γέλγω, Tingo, coloro; à γέλα splendor: color res splendidas facit.

Γέλως, ωτος, ὁ, Risus; à γελάω rideo; Id vide supra.

Γενεὰ, ᾶς, ἡ, Generatio; à γένος genus.

Γένειον, ου, τὸ, Mentum, barba; à γένος genus, sexus; quòd per barbam sexus discernuntur.

Γεννάω, ήσω, Genero; à γείνω gigno: vel à γῆ terra, quæ omnium est mater.

Γένος, εος, τὸ, Genus, natio; à γείνω gigno.

Γέντα, Carnis viscera, quæ sunt intùs sub pelle animalis, Grotioso præpositio, ab ἐντὸς intus.

Γένυς, υος, ἡ, Mentum; à γένος genus; quòd in eo sexus quædam differentia sit: vel quòd ibi in viris barba gignatur, à γίνομαι; vel à κινεῖν, quia mobile.

Γεραιὸς, ᾶ, ὁ, Senex; à γέρων.

Γερᾴρω, Honoro; à γέρας præmium.

Γέρανος, ου, ἡ, Grus, avis vigilans & prudens; aiunt, quia γῆν ἐρευνᾷ, i.e. terram scrutatur, femina in arvis satis legens, est enim ex ἀστρολόγοις: vel q. γῆν ἐρᾶν vel ὁρᾶν, i. e. terram amans & videns, quam subinde effodicat.

Γέρας,

Γέρας, ατος, ατι, ως, τὸ, Præmium, honorarium munus; *Plus* à γέρων ſenex; quòd ſenibus præcipuè donari ſolet, qui maximè ſunt venerandi; ſunt tamen qui contrà γέρων à γέρας derivari volunt.

Γερουσία, ας, ἡ, Senatus, cœtus; ſcil: γερόντων, i. e. ſenum.

Γέρρον, ε, τὸ, Scutum Perſicum è vimine textum; crates, ſtorea: an à γερῶ curvo? vox videtur Perſica.

Γέρων, οντος, ὁ, Senex; quaſi γέων ὁρῶν, i.e. terram videns; quòd ſenes prono capite terram ſpectent: Ducam à γέρας, ob honorem qui ſenectuti debetur, quia ſenectus honorabilis: vel παρὰ τὸ τῆς γῆς ἐγγὺς quòd propinqui morti jam de ſepultura ſoliciti ſint: vel quòd ex terrâ utilitatem quærant; hoc enim habet ſenectus, ut ſit in rem attentior. Dici etiam poteſt γέρων quaſi εἴρων ab εἴρω dico; λεκτικοὶ γὰρ οἱ γέροντες, ſenes ſunt loquaces. Etym.

Γεύω, Guſtare facio, γεύομαι guſto: poſſit eſſe à γέα terra; nam ſapor exiſtit ex ſicci terrei percolatione per humidum.

Γέφυρα, ας, ἡ, Pons; quaſi γήπερρα à γῆ terra & φέρω fero, quòd à terrâ ad terram ſupra aquam homines ferat: vel quaſi ἐφ' ὑγρῷ γῆ, hoc eſt, terra ſupra aquam poſita: vel à γῆ terra & φυράω miſceo, ut ſit terra quaſi aquis mixta.

Γεώλοφον, ε, τὸ, Collis; dictus à γέα terra, & λόφος cervix, quòd colles terræ quaſi cervices extent.

Γεωπόνος, ε, ὁ, Agricola; à γέα terra & πονῶ laboro; qui in terrâ colendâ operam locat.

Γεωργὸς, ὁ, ὁ, Agricola; qui γέαν ἐργάζεται, i. e. terram colit, & circa eam operam exercet.

Γῆ, γῆς, ἡ, Terra, παρὰ τὸ χῶ, i. e. χωρῶ capio, contineo; quòd ſit ἡ πάντα χωροῦσα, id quod in ſeſe omnia contineat.

Γηγενὴς, ἐος, ὁ ἡ, Terrigena; à γῆ terra & γίνομαι ſum, orior.

Γηθοσύνη, ης, ἡ, Gaudium; à γήθω gaudeo.

Γῆ-

Γήθω, Gaudeo, exulto; fortè à γαίω glorior.

Γήπεδον, ε, τὸ, Quod ædibus additur, ſolum quod adjacet prædiis urbanis; à γῆ terra & πέδον ſolum.

Γηραιὸς, ᾶ, ὁ, Senio confectus; à γέρας honor; ἕπεται τοῖς γέρασιν ἡ τιμὴ, i. e. honor ſenes ſequitur. Etym:

Γηρὺς, ύος, ὁ, Seneſcens; per ſyncopen ex γηρέσας.

Γῆρας, ατος, τὸ, Senectus; à γέρων ſenex; ſunt qui γῆρας à γέρας præmium, ſunt è contra qui hoc ab illo deductum velint.

Γηροβοσκὸς, ὸν, ὁ, Qui ſenem alit; à γῆρας ſenectus & βόσκω paſco.

Γῆρυς, υος, ἡ, Vox; à γῆρας ſenectus; ἡ γὰρ φωνὴ τοῖς γέρουσι πρέπει, i. e. vox ſenibus convenit, nempe ut hi potiſſimùm, cum ſapientes ſint, de rebus gerendis decernant & judicium faciant. Etym:

Γήπιον, ε, τὸ, Allium vireſcens; dicitur ἐκ τῆς γῆς ἔπιον, hoc eſt, id quod ſingulis annis ex terrâ egerminat & vireſcit.

Γίγας, αντος, ὁ, Gigas; à γῆ terra & γάω naſcor; nam terræ filii dicuntur: Etym: παρὰ τὸ ἐκ τῆς γῆς εἶναι; quòd ex terra ortos eſſe fabulantur Poëtæ.

Γίγνομαι, Fio; à γίνομαι idem.

Γίνομαι, Fio, naſcor; à γείνω inuſitato.

Γινώσκω, Cognoſco, ſentio; à γνόω. *Euſtat*: tradit à verbo νοῶ fieri νοίσκω & per ſynæreſin νοῖσκω & addito Æolicè γ γνώσκω & interpoſito ι γιγνώσκω, inde Anglicè to know, & Latinè *noſco*.

Γλάγος, τὸ, Lac; Poët: à γάλα γάλακτος, idem.

Γλαυκοφάγος, ε, ὁ, Qui lacte victitat; à γάλα lac & φάγω comedo.

Γλαῦξ, Herbæ genus, quaſi γάλαξ à γάλα lac, quòd ſit lactis auctivum.

Γλαφὶς, ίδος, ἡ, Inſtrumentum, quo lapides expoliuntur; dictum quaſi γλαφυὶς à γλάφω ſculpo.

Γλαυκὸς, ὸν, ὁ, Glaucus, cæſius; à γλαύσσω video, nocte valet viſu,

visu, ut feles, quæ noctu æquè ac interdiu cernunt.

Γλαύσσω, Splendeo, cerno ; à γέλα splendor solis, sine quo aërem illuminante nihil conspicuum, nihil cernere possumus.

Γλεῦκος, ους, τὸ, Mustum, succus dulcis ; à γλυκὺς dulcis.

Γλωώπη, ης ἡ, Pupilla oculi ; quasi γελωώπη, à γέλα splendor solis ; quia splendida : vel quia pupilla objecti speciem per medium allucentem sola accipit, quæ si membranula sit obtecta, excæcamur : vel à γαλώπη serenitas, in pupilla enim oculi serenitas maximè residet : alii ab αἴγλη splendor.

Γλωῦς, τὸ, Stella, mundus visendus ; à γελᾶν splendere.

Γλήχων, ωνος, ἡ, Pulegium ; dictum quasi βλήχων, quia gustatum ab ovibus & capris βληχᾶσθαι, i. e. balare eas facit.

Γλίσχρος, ου, ὁ, Lentus, [illegible]mosus ; à γλία gluten ; gluten est tenax, hinc virum avarum significat, qui quod tangit, tenet, acsi digiti ejus essent γλία, i. e. glutine delibuti : vel etiam dicitur quasi ὁ λίαν ἐχόμενος, i: e. valdè tenax. Etymol:

Γλίχομαι, Cupio, appeto ; à γλυκὺς jucundus ; jucunda enim & convenientia appetimus : vel à γλία gluten & ἔχομαι habeor, ut sit amore tanquam glutine detineor & invisco, homines enim imprudentes amore & voluptate capiuntur ut pisces escâ, aves visco.

Γλοιὸς, οῦ, ὁ, Sordidus ; qui est lubrico ingenio : etiam sordes, à γλία gluten.

Γλωῖὸς, ου, ὁ, Nates ; à γλοιὸς sordes ; quia sordida pars corporis.

Γλυκυθυμία, ας, ἡ, Hilaritas ; à γλυκὺς dulcis & θυμὸς animus.

Γλυκὺς, έος, ὁ, Dulcis ; Etym: deducit παρὰ τὸ γλεῦκος, id est, mustum.

Γλυφὶς, ίδος, ἡ, Crena ; quasi γλαφὶς à γλάφω sculpo, excavo.

Γλῶσ-

Γλῶσσα, ης, ἡ, Lingua, sermo; à καλεῖν ὄσσῃ vocare voce: vel etiam à κλέος fama, rumor, gloria; hæc enim ἀπὸ τῆς γλώσσης, i. e. à lingua oriuntur: vel qu. γνῶσα à γνόω γνώσω scio, quòd lingua sit δι' ἧς τὰ τῆς ψυχῆς βουλεύματα γινώσκομεν, instrumentum quo cogitationes animæ cognoscuntur: vel à κλώθω neo, glomero; κλωθομένης γὰρ τῆς γλώσσης ἐξέρχονται οἱ λόγοι. Etym:

Γλωσσόκομον, ου, τὸ,
1. Arcula curandis lingulis tibiarum; à γλῶσσα lingua & κομέω curo,
2. Loculus, marsupium; in quo pecuniæ reconduntur; à γλῶσσα lingua, quòd, ut vult *Erasmus*, linguæ speciem haberet.

Γλωττοκομεῖον, ου, τὸ, Idem quod γλωσσόκομον suprà.

Θρὶξ, τριχὸς, ἡ, Capillus ; qu: θέριξ à θερίζω meto ; quòd ubi excreverit, denuò tondeatur —— *tondenti barba cadebat.* Virg:

Θριπόδες Θ, ε, ὁ ἡ, ἡ, A vermibus exeſus ; à θρὶψ vermis, & ἔδω edo.

Θρόμβ Θ, ε, ὁ, Grumus ; puta, ſanguinis, aut aliûs cujuſpiam rei in maſſam concretæ ; à πρέφω, i. e. πήγνυμι, concreſco, coagulo.

Θρόνον, ε, τὸ, Flos roſa ; ὥρᾳ τὸ ἄνω θορεῖν ἐκ τῆς γῆς ; quòd in altum tendat, & ex terrâ quaſi ſaliat.

Θρόν Θ, ε, ὁ, Thronus ; ſolium, ſella auguſta ; à θράω ſedeo : vel quaſi θόρον Θ à θορεῖν, i. e. πηδᾶν ſalio, ſubſilio ;

lio; quòd sit ἡ ἐπηρμένη καθέδρα, sella sublimis & elevata. Etym:

Θορυβίζω, 1. Murmuro, susurro; à θρύλος susurrus, murmur.
2. Frango; quasi θραυλίζω à θραύω frango.

Θρύλος, ου, ὁ, Susurrus, murmur; à θρέω sono, loquor: vel qu: θρῆνος, à θρόος θρῆς strepitus, murmur.

Θρύπτω, Frango, deliciis frango; à θραύω frango: dicit autem *Eustath*: hoc verbum esse inter ea, quæ ὠνομάσοπεποίηϰ.

Θρώσκω, Salio, insilio; idem quod θρῴω & ex eo formatum.

Θρωσμὸς, οῦ, ὁ, Tumulus, locus eminentior, qui ex terrâ quasi subsiliit, à θρώσκω salio.

Θυγάτηρ, ερος, ἡ, Filia; à θύω cum impetu feror, & γαστὴρ venter; fœmellæ enim citiùs in utero moventur, quàm mares.

Θύελλα, ης, ἡ, Procella; à θύω cum impetu ruo, & εἰλῶ volvo: quòd ruens volvitur; vel qu: ἄελλα θύουσα, procella impetuosa.

Θυηλὴ, ῆς, ἡ, Sacrificium, seu potiùs saccus in quem suffimenta conjicerentur; à θύω sacrifico.

Θύλακος, ου, ὁ, Saccus; qu: φύλακος à φυλάσσω servo; quòd rebus custodiendis sit idoneus.

Θύμβρα, ας, ἡ, Thymbra, herba odorata; fortasse ἀπὸ τῆς θύειν, ob fragrantiam.

Θυμιάω, άσω, Suffio, odores incendo, adoleo; à θύω sacrifico.

Θυμὸς, οῦ, ὁ, 1. Mens, animus; à θύω cum impetu feror; mens enim velocissimum quid.
2. Ira; à θύω cum impetu ruo; quòd ira sit impetuosa: vel etiam dici potest quasi θυαμὸς à θύω ferveo, & αἷμα sanguis; dicunt enim medici iram esse sanguinis ebullitionem circa præcordia.

Θύμος, ου, ὁ, Thymus, herbæ genus; à θυμὸς animus; quòd

iis

iis adhibetur, qui patiuntur animi deliquium. alii à θύω, ob fragrantiam.

Θύννος, ου, ὁ, Thunnus ſive thynnus, nomen piſcis prægrandis, à θύω cum impetu feror ; quoniam (ut *Athen. l. 7.* ex Ariſt: tradit) caniculæ exortu cœſtro agitatur, vermiculo quodam, quem tum ſub pinna habet, permotus, adeò ut etiam in navigia exiliat.

Θύνω, Ruo ; ex θύω cum impetu feror.

Θύος, ου, τὸ, Quod deabus ſacrificabatur ; à θύω ſacrifico.

Θύος, εος, τὸ, Odoramentum, ſacrificium ; à θύω ſacrifico.

Θύρα, ας, ἡ, Janua ; à θύω cum impetu feror, & ῥᾷον facilè ; nam facilè per januam irruimus in domum ; aut ea eſt via τῇ θέῃ, i. e. quâ curritur in ædes : vel à θέω & ἀὴρ aër, quòd per januam aër in domum intromittitur.

Θυρεὸς, οῦ, ὁ, Scutum ; à ſimilitudine θύρας, i. e. januæ ; eſt enim ſcutum oblongum.

Θύρσος, ου, Thyrſus, haſtula frondibus veſtita ; à θύω moveo ; & σείω quatio ; quia quatitur & agitatur à vento.

Θυσία, ας, ἡ, Sacrificium ; à θύω ſacrifico.

Θύσκη, ης, ἡ, Scapha, recipiens τὰ θύματα, id eſt, quæ diis offeruntur.

Θυτὴς, ἀδος, ἡ, Sacrifica, ſacrificalis ; à θύω ſacrifico.

Θύθλα, τα, Sacra ; à θύω ſacrifico.

Θύσανοι, οἱ, Fimbriæ, ſeu nodi ; aut villi, quales dependent à crumenis ; à θῦσαι movere ; quia mobiles.

Θύσσω, Quatio, moveo ; à θύω cum impetu feror.

Θύω, Odores accendo, ſacrifico, macto ; referri poſſit ad θεὸς deus ; ut ſit, deo ſuffio, religiosè ſuffio ; ſed malo à θέω facio ; Verba *faciendi* aliquando κατ' ἐξοχὴν de re divinâ ſumuntur ; ut ῥάζειν, ἔρδειν. *Martin:*

Θύω, Cum impetu feror, ferveo ; hoc refero ad θέω curro. *Martin:*

Θυω-

Θυωρὸς, οῦ, ὁ, Mensa, quæ sacris usibus dicatur; quia θύη ὠρεῖ, id est, φυλάττει, tenet & servat ea, quæ diis θύονται, i. e. offeruntur.

Θωὴ, ῆς, ἡ, Mulcta, damnum alicui impositum; à θῶ pono.

Θῶκος, ου, ὁ, Sedile; à θάκος idem.

Θώμιγξ, γγος, ἡ, Tenuis funiculus; à θαμίζω funiculis ligo.

Θωπεία, ας, ἡ, Assentatio; à Θώπλω assentor.

Θώπτω, Assentor, irrideo; videtur esse à θάω video & ὤψ vultus; assentatoris est eum respicere, suspicere, & admirari, à quo θάεται, i. e. nutritur.

Θώραξ, κος, ὁ, Thorax, pectus; ἀπὸ τὸ θεῖον ὠρεῖν (τηρεῖσι φυλάσσειν) τὸ διανοητικὸν, ὅ ἐστιν ἐν ἡμῖν θεῖον, hoc est, quòd mentem, divinam nostri partem, contineat & servet; aut à θορεῖν, quòd saliat; saliente enim corde, cætera inde membra moventur: haud malè θώραξ duxeris à θωρῶ video, quòd sit pars in homine statim aspectabilis: aut à θέρω, calefacio; est enim calidior pars, ubi cor salit.

Θωρήσσω, ξω, Armo; scil: θώρηκα, i. e. Thorace, qui est vestis præcingens & muniens pectus.

Θὼς, ωὸς, ὁ, Lupus cervarius, fera lupo similis, & Pantheræ maculas habens; dicitur ἀπὸ τοῦ θεῖν, i.e. à currendo; quòd sit animal velox.

Θώυσσω, Clamo, prædico, cum impetu feror more belluino; à θύσσω quod à θύω cum impetu feror.

Θώψ, πὸς, ὁ, Assentator; à θώπλω assentor.

I.

I — NOnæ apud Græcos literæ signum est, quam Ἰῶτα appellant, fortasse ab *Jod* vel *Joth* Hebræo: in numeris decem valet, cum acuto præfixa & subscripto (hoc modo, ,ι) decem millia; pro qua tamen, nota frequentiùs ponitur M significans μύρια.

Ἰῶτα

Ἰῶτα etiam cum litera sit minima, significat id quod minimum est, apicem ; ut *Mat.* 5. ἰῶτα ἓν ἢ μία παρέλθῃ ἀπὸ τοῦ νόμου. ludit Etymol. cum literam hanc deducit ab ἰὸς Venenum vel Jaculum significante ; quòd forma hujus literæ εἰς ὀρθὸν βαλλίζει, hoc est, rectà assurgat & q. incedere videatur, tanquam venenum, aut emissa sagitta ad id, cui intenditur.

Ἰα, —— 1. Vox ; ducamus ab αὔω clamo.
2. Vis ; ex ἶς robur.
3. Sola, ex οἴα sola ; tamen & ἴα ex μία esse possit abjecto μ.

Ἰάνω, ανᾶ, 1. Calefacio, idem quod χλιαίνω, tanquam inde factum sit per Aphæresin ; possit autem duci ab ἴα vis ; calor enim est fortis qualitas.
2. Lætitiâ perfundo ; ab ἰὴ acclamatio læta ; vox quæ lætitiam in hymnis venerabundam notat.

Ἰάλεμος, ου, ὁ, Lamentum, carmen lugubre ; ab ἰὴ vox, & ὄλλυμι perdo, pereo : ut sit carmen lugubre, quo pereuntes plangi solent : alii ab *Ialemo* quodam, qui in carmine ineptus & frigidus fuisse dicitur.

Ἰάλλω, Mitto ; ab ἰέω mitto.

Ἴαμβος, ου, ὁ, Iambus, pes metricus, vel carmen ; ab ἰὸς venenum, jaculum, & βαΐζειν loqui ; ut sit qu: jacula aut venenum loqui : est enim carmen Iambicum genus carminis triste & lugubre : alii ab Iambe quadam, quæ hoc carminis genere illusa vitam suspendio finivit.

Ἴανθον, ου, τὸ, Flos quidam ; color purpureus ; ab ἴον viola & ἄνθος flos.

Ἰάομαι, άσομαι, Medeor, sano ; ab ἴα vis ; vi & efficacitate Pharmacorum opus est ad sanandum.

Ἰάπλα,

Ἰάπτω, ψω, 1. Mitto; ab ἵημι vel ἰῶ mitto.
2. Noceo; ab ἴπτω noceo, per Epenthesin τοῦ α, alii ab ἰὸς rubigo & ἅπτω tango; quòd rubigo omnia percurrat & corrumpat.

Ἰαττατ, Heu; tanquam ab ἰὸν eheu & ἄτη damnum.

Ἰάπυξ, γος, ὁ, Venti nomen; ducitur ab ἰαπυγίη, quæ est pars Apuliæ, unde ventus iste flat & nomen habet.

Ἰατρὸς, οῦ, ὁ, Medicus; ab ἰάομαι sano.

Ἰαύω, σω, Commoror, dormio. Referamus ad ἐάω, sino, quiesco. *Martinius.* ducit autem Etym: vel ab ἰὸς solus, vel ab αὔω per pleonasmum τοῦ ι.

Ἰαφέτης, ου, ὁ, Qui sagittas emittit; ab ἰὸς sagitta & ἀφίημι dimitto.

Ἰάχω, Vociferor, clamo, ab ἴα vox & χέω fundo: vel quasi ἴαν ἔχω, i. e. vocem habeo; magnam scil: & *Stentoream.*

Ἶβις, ιδος, vel ιος, Ibis, avis infesta serpentibus, & ob id ab Ægyptiis coli solita: dicta, quia serpentes ἰβύει, id est, verberat & vorat. *Martinius.*

Ἰβίσκος, ου, ὁ, Species malvæ sylvestris, Ibiscus, alitèr Althæa: ita dicta, quasi sit πολυδηθὴς καὶ πολύχρηστος, ergo Ibiscus possit esse ab ἶβις quòd sit magna ejus vis; cùm ad alia tum ad θλάσματα, id est, contusiones; nam ex radice ejus contusâ fit medicina, quæ emollit & maturat ulcera. *Martinius.*

Ἴγδη, ης, ἡ, Mortarium, pila; an ab ἄγω frango? alit. ab εἴκειν cedere; quòd ibi pistilli violentiæ cedunt, quæ teruntur: vel παρὰ τὸ μίσγειν τὰ θύη, abjecto μ, quòd pharmaca & condimenta ibi miscentur ac tunduntur. Etym:

Ἰγνύα, ας, ἡ, Poples; à γόνυ genu, alii ab ἰχνεῖσθαι venire; quia, flexâ eâ, ἰχνούμεθα, i. e. venimus: malo quòd ibi sit ἴα γόνυος, i. e. vis genu: aut ab ἄγω frango; ibi genu quasi frangitur. *Martinius.*

Ἰδά-

Ἰδάλιμος, η, ον, Æstuosus, sudorificus ; ab ἵδρως sudor.

Ἴδιος, α, ον, Proprius, privatus, suus, peculiaris ; ab ἰδέα species, quod ab εἴδω video ; ut sit quasi εἴδιος, idque εἴδιον dicatur, quod in domo spectamus, & nobis familiare est.

Ἰδμων, ονος, ὁ ἡ ἥ, Sciens ; ab εἴδω scio.

Ἰδνόω, Incurvo, inflecto, intorqueo. *Eustath*: ἰδνοῦσθαι, ait fieri ἀπὸ τοῦ τὸ ἰνίον δονεῖν· quòd ἰνίον, id est, cervicis tendo inter curvandum moveatur. aliter ab ἵζω sedeo ; sedentes enim partem corporis inflectunt : vel ab ἴα vis & νέειν nutare : nervorum virtute fit, ut nuamus & omninò flectamur.

Ἶδος, ους, τὸ, Sudor, item æstus ; ab ὕδος aqua, quod aliter ὕδωρ, unde & Latinè *sudor*, spiritu aspero in literam s mutato, quod familiare est.

Ἰδρις, ιος, ὁ ἡ ἥ, Sciens ; ex εἴδω scio.

Ἱδρύω, vel ἱδρυμι, υσω, Sedere facio, statuo, colloco ; ab ἵζω sedeo vel sedere facio.

Ἱδρώς, ῶτος, ὁ, Sudor ; ab ἵδρως idem : vel ab ὕδωρ aqua ; est enim aqueus humor è poris animalis manans.

Ἱέραξ, ακος, ὁ, Accipiter ; *Eustath*: quia ἱερὸν, i. e. facilè mittitur, ob motûs celeritatem. Etym: quia ἱερὸν ἐν αἴρει ῥᾳδίως, i. e. fertur in aëre velocitèr : vel ab ἱερὸς sacer, unde à *Servio* appellatur *ales sacer*.

Ἱερεύς, ῆος, ὁ, Sacerdos ; sic dictus, quòd τὰ ἱερὰ, i. e. sacra curet.

Ἱερὸν, οῦ, τὸ, Templum ; ab ἱερὸς sacer, quòd sit locus Deo consecratus.

Ἱερὸς, ὰ, ὸν, Sacer, præstans, magnus ; ab ἵεμαι cupio ; sacra debent appeti.

Ἱέω, Mitto ; ab ἕω idem.

Ἵζω, Sedere facio ; ab ἕω colloco.

Ἰὴ, Vox in hymnis usurpata ; quam volunt aspirari, &

& significare lætitiam venerabundam, tanquam super re cupitâ; ducunt ab ἱεσθῇ, quod est desiderare, cupere, *Martin*: ab ἀΐω audio: vel ab εἶα eia.

Ἰήκοπος, ου, ὁ καὶ ἡ, Doloribus medens; ab ἰάομαι sano, & κόπος labor, dolor.

Ἵημι, Mitto; ex ἱέω quod ab ἕω idem.

Ἴημι, Eo, ut εἶμι, ex ἔω idem.

Ἰησοῦς, οῦ, ὁ, Jesus, salvator; ab ἰάομαι salvo: vel ab ἰέναι ire & σώζειν salvare; quòd de cœlo descenderit ad homines salvandos.

Ἰθαγένης, εος, ὁ καὶ ἡ, Originalis, indigena; is est propriè, qui rectè & legitimè natus est; ab ἰθὺ rectè & γίνομαι nascor.

Ἴθορος, Vox incitantis & adhortantis; ab ἴθαρ celeritèr & ὄρω excito: vel ab ἰέναι ire & θορεῖν salire: vel etiam ab ἴθι valde & ὄρω excito. *Eras*: translatum opinatur à nautis, quos remigantes naucleri vox animat ad gravitèr laborandum: vel etiam à cursu equorum.

Ἴθεις, ὁ, Spado; cui ἴς τεθέεισται, i. e. vis quasi demessa est.

Ἴθυμβοι, Saltatio ridicula; item tale poëma; ab ἰὴ θύειν βοῇ, id est, sonare ἰὴ, & ruere cum clamore: malo simplicitèr ab ἰθύειν βοῇ prorumpere cum clamore; aut etiam gressu, à βάω eo.

Ἰθὺς, έος, ὁ, Rectus, in rectum tendens; ab ἰέναι, ire: vel potiùs ab εὐθὺς rectus.

Ἱκανὸς, οῦ, ὁ, Sufficiens, idoneus, magnus, longus; ab ἵκω, vel potiùs ἱκάνω pervenio. *Harmarus* ab ἱκάνω assequor, scil: metam, quod sat est faciens.

Ἱκέτης, ου, ὁ, Supplex; ab ἵκομαι vel ἱκνέομαι, quod interdùm pro supplicare accipitur: quidam tamen ἱκέτης dici censuerunt quasi ἱκέστης, ut sit ὁ ἱκόμενος εἰς ἑστίαν τινος, qui ad domum alicujus venit supplicandi causâ.

Ἰκμὰς, ἀδος, ἡ, Humor, vapor; ab ἵκομαι venio; quia humor nativus manando ſpontè per corpus meat; vel etiam quia omnia ex humore proveniunt.

Ἴκμενος, ου, ὁ, Secundus; venti Epith: eſt autem contractum ex ἱκόμενος ab ἱκνέομαι venio; ut ſit ventus πορευτικὸς, id eſt, navigationi ſerviens, navim impellens & ire faciens.

Ἰκρίον, ου, τὸ, Tabulum, tabulatum; ab ἱκνεῖσθαι, id eſt, ire; quòd per tabulata incedatur: videtur etiam referre ad ἥκειν εἰς ἀέρα, quòd in aërem, id eſt, in altum tendant: velim autem ego ἰκρίον dici quaſi ἀκρίον ab ἀκρὸς ſummus, quòd εἰς ἄκρα factum ſit. *Martin*:

Ἴκταρ, Propè, velocitèr; ἀπὸ τοῦ ἱκνεῖσθαι, id eſt, à veniendo.

Ἴκτερος, ου, ὁ,
1. Avis quædam; ſic dicta, à colore ictericorum qui flavus eſt: videtur potiùs à velocitate dicta, quòd ἴκταρ, id eſt, velocitèr volet: narrat *Plin*: l. 30. c. 11. ſi avis hæc ab ictericis ſpectetur, id malũ ſanari, ipsã vero mori.
2. Morbus regius; *Plinius* ab avis icteri colore icterum vult dici: alii autem illud ab hoc deducunt, ut ſuprà. *Aretæus* non inde, ſed à quadrupedis viverræ colore, quæ Græcis ἰκτὴς dicitur. *Suidas* dicit oculos eorum qui ictero tenentur, fieri ὠχροὺς καὶ μέλανας ὡς καὶ τῶν ἰκτίνων, & inde dici τοὺς ἰκτεριῶντας.

Ἰκτὶν, ῖνος, vel ἰκτῖνος, ου, ὁ, Milvus, avis; derivant ab ἱκνοῦμαι venio, accedo, eſt enim rapax & impudens avis; nam etiam ad hominum uſque manus provolat, ut eſcas pueris è manibus eripiat; aliquando & pileos ex hominum capitibus rapit, quo ſcil: tempore nidulatur, itaq; dici poſſit ἰκτὶν etiam ab ἴκταρ, propè.

Ἰκτὶς, ίδος, ἡ, Muſtela ſylveſtris, & rapax: ut ab ἰκτὶν, id eſt,

est, milvus esse possit, cui rapacitate similis.

Ἰλαδὸν, Turmatim; ab ἴλη agmen.

Ἵλαος, ὁ ἢ ἡ, (Atticè, ἵλεως) propitius; *Eustath*: dici putat, quia ἵεται λάειν, cupit videre, scil: eum, cui favet: malo ab ἕλη splendor; ut sit qui se serenum exhibet. *Martin*:

Ἱλαρὸς, ά, όν, Hilarus, a, um, quod frequentiùs Latinis hilaris; est autem ex ἵλαος, quod etiam *lætus* significat.

Ἱλασμάτιος, α, ον, Propitiatorius, habens vim τοῦ ἱλάσκεσθαι, i. e. propitium reddendi.

Ἱλάω, Propitius sum, ex ἵλαος propitius.

Ἱλεόω, Placo; propitium (ἵλεον) reddo.

Ἴλη, ης, ἡ, Agmen; turma; quod & εἰλὴ ab εἰλέω in arctum colligo, congrego.

Ἵλιγξ, γγος, ὁ, Vortex; ab ἑλιγγος idem; vel ab εἱλέω verso, circumago, ι abjecto.

Ἴλλος, ου, ὁ, Oculus; ab εἱλέω verso: quia oculi sunt volubiles.

Ἰλὺς, ύος, ἡ, Limus, cœnum; ab ἕλος palus, quæ est limosa: vel quasi εἱλὺς ab εἱλύω involvo; quòd pedes involvat implicétque.

Ἱμαντόω, Constringo loris; ab ἱμὰς lorum.

Ἱμὰς, άντος, ὁ, Lorum, funiculus ex loris bubulis tortus, ab ἵημι mitto, emitto; quia emitti solet ad trahendum.

Ἱμάτιον, ου, τὸ, Vestis, palliuni; ab ἕσμαι vel ἕννυμι (unde ἐνύω) vestio.

Ἱμάω, Haurio; loreo fune extraho; ab ἱμὰς lorum.

Ἱμείρω, Desidero, cupio; propriè de absente: ducamus ab ἵεμαι cupio, & ἔρέω amo; ut sit, rem amatam cupere: vel ab ἅμα simul & εἴρω necto; quòd cum illis, quos desideramus, jungi & connecti velimus. ducit *Eustath*: ab ἱμὰς lorum, funis; & ἔρος amor; ut ἵμερος sit ἔρος ἐξ ἱμάντος. Ἀφροδίσιος. *Plat*: autem dicit ἵμερον dici, quòd ἱέμενος ῥεῖ, id est, quòd desideria quasi ruptis animæ repagulis extrà fluant & liberiùs evagentur.

Ἵμερος, ου, ὁ, Desideriũ, propriè amatorium, ab ἱμείρω desidero.

Ἵμπτω, { 1. Lædo; ex ἵπτω idem. 2. Jungo; ab ἰν pro ἐν & ἅπτω alligo.

Ἰνδάλλομαι, Assimilor; ex εἴδομαι videor, similis sum; dicitur quasi ἰδάλλομαι, inserto ν quod est suavisonum.

Ἴνδαλμα, τος, τὸ, Imago, simulacrum; ab ἰνδάλλομαι assimilor; imago enim artabrè facta similis est ei, quem repræsentat.

Ἰνάω, Tendo; ab ἰν nervus, qui tendendi organum est.

Ἰνίον, ου, τὸ, Occipitium; dictum ob ἶνα, i. e. nervum, quo caput reflectitur.

Ἶνις, ὁ, Filius; puto, ab ἶς vis; proles est vis parentum.

Ἴννη, ης, ἡ, Filia; ab ἶνις suprà.

Ἰννὸς, ὁ, ὁ, Pullus ex equo & mula aut asina; ab ἶνις filius ut pullus à puer: vel etiam ab ὄννος quod equum parvum significat.

Ἰννύομαι, Fleo; an propriè vagio? ut sit ab ἶνις infans.

Ἶξ, ἰκὸς, ὁ, Vermiculus vites arrodens; an ab ἴπτω noceo? aut quia facit sibi gemmas vitigenas ἴκειν, id est, εἴκειν cedere? aut quia sensim ἵκει, id est, vites pervadit.

Ἰξάζος, ου, ὁ, { 1. Impetuosus; ab ἴξαι; pro αἴξαι impetuosè ferri & salire, est & ἴξαι pro ἥκειν ab ἵκω venio; inde ἰξάζος quidam dici volunt, ab ἅλις satis & ἱκάζω venire. 2. Salax, libidinosus; ab ἰξὺς lumbus, & ἅλλομαι salio; ut sit, qui in lumbos mũliebres libidinosiùs insilit.

Ἰξάω, Visco aves capio; ab ἰξὸς viscum.

Ἴξις, εως, ἡ, Adventus; ab ἵκομαι venio.

Ἰξὸς, ὁ, ὁ, Viscum, arundo aucupatoria; ab ἴσχω, inhibeo; quòd aves implicatas adeò detineat, ut avolare non possint. *Varinus* vult ἰξὸς dici quasi ἄξος ab ἄγω, quia aves ἄγει, id est, inhibet, impedit; aut ab ἵκω secundùm Etym:

Ἰξύς,

Ἰξὺς, ύος, ἡ, Lumbus, dorsum; *Eustath*: ducit à ξύω rado; quòd homo eam partem possit scalpere, non autem bruta. Malo ab ἰσχὺς robur; quia in lumbis robur est animalis: alii quasi ἰξὺς ab ἵκω venio; non enim sine lumborum robore est incessus. Etym: quasi ἀξὺς ab ἄγω.

Ἰοδνεφὴς, ὲς, Purpureus; ab ἴον viola, & νέφος nubes, quæ ambo nigra inquit *Eustathius*. velim ab ἴον & δνόφος caligo; quòd sit coloratus violacea obscuritate, quæ grata oculis est. *Martin*:

Ἰοειδὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, Violaceus, violæ similis; ab ἴον viola, & εἶδος species.

Ἴον, ου, τὸ, Viola; ab ἴον solum; violæ enim solæ, i. e. solitariæ & hinc inde nascuntur: vel quasi οἶον ab οἶα via, quia ferè ad viam nasci solent. Etym: verò παρὰ τὸ ἀνιέναι ταχὺ, i. e. quòd celeritèr crescat.

Ἴονθος, ου, ὁ, Lanugo; primipili; an ab ἰαίνω calefacio, quòd à calore prodeant? vel ab ἄνθος flos; quia est flos quidam juventæ. *Varin*: ab ἰέναι καὶ ἀνθεῖν, id est, ire & efflorescere, quòd tanquam flos pullulat. *Harmarus* ab ἴον viola & ἄνθος flos; ut enim violæ se prodiuut primo vere, ita lanugo circa annum decimum quartum tanquam in juventutis vere efflorescit.

Ἰοδόχη, ης, ἡ, Pharetra, quæ ἰοὺς (sagittas) δέχει vel δέχεται, i. e. accipit.

Ἰὸς, οῦ, ὁ,
1. Missile, jaculum, sagitta.
2. Venenum, quod animalia ejaculantur.
3. Rubigo in metallo, tanquam venenum ab eo emissum. Omnia ab ἵημι mitto. sed ἰὸς sagitta duci etiam potest ab ἰὸς venenum, quòd olim sagittas veneno illinerent; unde *Horat*: pharetram dicit---*Venenatis gravidam sagittis*.

Ἴος, ῐα, ῐον, Solus, unus; ab εἷς unus: vel ab οἶος solus.

Ἰότης, ητος, ἡ, Consilium, voluntas; an ab ἴος solus? ut sit,

quod quis solus secum cogitat & concludit: aut ab ἵεμαι cupio. *Var*: ἰότης exponens per βουλὴν ducit ab ἰὸς sagitta, ὑπὸ τοῦ ἵεσθαι καὶ εἰς πάντα ἰέναι, quòd prudens consilium omnia penetret.

Ἴουλος, ου, ὁ, Lanugo, quæ ἵεται οὔλη, i. e. exit mollis & crispa; ab ἵημι eo & οὖλος tener, crispus.

Ἰοχέαιρα, ας, ἡ, Quæ fundit sagittas, vel sagittis gaudet; ab ἰὸς sagitta & χέω fundo, vel χαίρω gaudeo. Epitheton Dianæ.

Ἰπνὸς, οῦ, vel ἴπνος, ου, ὁ, Furnus; *Eustath*: ducit ab ἴπτω lædo.

Ἰπὸς, οῦ, ὁ, Muscipula, quæ ἰποῖ, id est, premit, opprimit murem: vel ἴπτοι, id est, nocet muribus.

Ἰπόω, Premo, ut in torculari; referunt ad ἴπτω lædo, ut sit propriè, premere lædendo; velim generaliùs ab ὀπὸς succus, ut sit succum extorquere.

Ἵππος, ου, ὁ καὶ ἡ, Equus; ab ἵεσθαι ποσὶν, est enim celerrimum animal, unde & Soli sacrificabant: aut quia humum ἰποῖ ποσὶ, i. e. pedibus admodùm premit, unde & sonipes dicitur: vel ab ἵπταμαι volo, & ποῦς pes, ob cursûs celeritatem.

Ἱππόβοτος, ου, ὁ, Equiso, ab ἵππος equus & βόσκω pasco.

Ἱππόδαμος, ου, ὁ, Equorum domitor; ab ἵππος equus & δαμάω domo.

Ἱπποκορυστὴς, οῦ, ὁ, Bellator equestris; qui armato equo pugnam init; ab ἵππος equus & κορύσσω armo.

Ἱππομανὲς, τὸ, Frutex quidam, qui ab equis depastus, eos ad furorem incitat; ab ἵππος equus & μαίνομαι insanio

Ἵπταμαι, πτήσομαι; Volo, as; à πτάω volo.

Ἴπτω, vel ἴπω, Noceo, lædo; ab ἰὸς venenum; ut sit, quasi venenum infundo: aut ab ἰάπτω noceo, α extrito.

Ἴρα, ας ἡ, Concio, ab εἴρω loquor: est cœtus cui loquimur.

Ἱρὸς, ὰ, ὸν, Sanctus; pro ἱερὸς per syncopen.

Ἶρις, ιδος, ιος, εως, ἡ, Arcus cœlestis, Iris; *Eustath*: ducit ab

εἴρω

εἴρω dico, prædico; quòd pluvias prædicit. *Plato.* ἀπὸ τοῦ εἴρειν, id est dicendo, ὅτι ἄγγελος ὑῶν, id est, Deorum nuncia.

Ἰσάζω, Æquo, complano; ab ἴσος æqualis.

Ἰσήρης, ὁ καὶ ἡ, Æqualis: æqualitèr aptatus; ab ἴσος æqualis, & ἄρω apto.

Ἴσημι, Scio; ab εἴσω fut: verbi εἴδω scio.

Ἰσθμὸς, οῦ, ὁ, Isthmus, terra bimaris, id est, angusta, duplici mari interclusa; qu: ἰθμὸς ab εἶμι vel ἴημι eo, quòd sit τόπος βάσιμος, id est, locus pervius, in quo gradi licet inter aquas utrinque positas.

Ἴσος, & ἶσος, ου, ὁ, Æqualis; ab εἴδω assimilo; æqualia enim æqualibus assimilantur.

Ἰσοφαρίζω, Æquo; quasi ἴσον φέρω, id est, æquale fero.

Ἵστημι, Statuo; à στάω inusit: unde *sto* Latinum.

Ἱστορία, ας, ἡ, Historia; ab ἴσημι scio; ex historiis enim scientia rerum gestarum petitur.

Ἱστὸς, οῦ, ὁ, Malum navis; ab ἵστασθαι, i. e. stare, quia erigitur.

Ἴστωρ, ορος, ὁ, ἡ, Sciens, peritus; ab ἴσημι scio.

Ἰσχὰς, άδος, ἡ, Carica; sic dicta, quia ἰσχνὴ, id est, siccando gracilis facta; σῦκον κατισχνωμένον. Etym: vel ab ἰσχὺς robur; quòd corpori roborando serviat.

Ἴσχις, ιος, Lumbus; ab ἰσχὺς robur; in lumbis enim est robur; vel lumbis nos ἰσχομεῖν, id est, sustinemus; sedentes enim sustinent carnosæ illæ post lumbos utrinque eminentiæ.

Ἰσχνὸς, οῦ, ὁ, Macer, gracilis; ab ἴσχω inhibeo; ut sit, cui incrementum inhibetur.

Ἰσχυρὸς, οῦ, ὁ, Fortis; ab ἰσχὺς robur.

Ἰσχὺς, ύος, ἡ, Robur; ab ἶς vis & ἔχω habeo.

Ἴσχω, Inhibeo, decresco; ab ἔχω.

Ἰταλὸς, οῦ, ὁ, Taurus, bos; ab ἴτης audax, magnanimus, quia animosus est.

Ἰτέα, ας, & ἰτέη, ἡ, Salix, hasta saligna; ab ἰέναι, id est, eundo; quia citò in altũ crescit, & inter primas germinat.

Ἴπης, ου, ὁ, Temerarius, audax, animosus; ab ἴεναι, id est, eundo; ut sit, qui it in apertum & intrepidus omnia aggreditur; vel παρὰ τὸ ἴεσθαι, id est, ὁρμᾶν cum impetu ferri; ut sit ὁ ὅτι πάντα ὁρμῶν, qui in omnia fertur. Etym:

Ἴτεια, τὰ, Ima pars ventris; ab ἧτερ idem.

Ἴτειον, ου, τὸ, Placentæ genus tenue & fragile; quasi ἧτειον ab ἧπαρ cor; quòd cordi sit & jucundum.

Ἶτυς, υος, ἡ, Circumferentia & curvatura rotæ; ab ἴεμαι, i. e. eundo, quia currui est causa eundi.

Ἰυγξ, γος, Iynx, avicula paulò major quàm Fringilla, Torquilla dicta quia collum torquet: ad philtra in usu erat; *Eustathius* habet & ἴυξ & ducit ab ἰύζω, quod ait significare speciem συριγμοῦ & φωνὴν ἄσημον, i. e. vocem non significativam, sed tanquam sibilantis.

Ἰφθιμος, ου, ὁ, Robustus, generosus; ab ἴφι fortiter.

Ἴφι, Fortiter; ab ἶς fortitudo.

Ἰχθυς, ύος, ὁ, Piscis; ab ἰδύω, id est, ὁρμᾶν, vel ἴχνεσι δύειν, id est, quòd natet celeritèr & sit animal πολυκίνητον. *Eustathius*.

In hoc vocabulo latet mysterium, nam literæ ejus innuunt --- Ἰησοῦν Χριστὸν Θεοῦ Υἱὸν Σωτῆρα, unde salutandi formula, μεθ' ἡμῶν Ἰχθυς.

Ἴχνος, εος, τὸ, Vestigium; ab ἴημι eo & γνόω scio; est enim γνώρισμα τοῦ ἰόντος, id quod euntem prodit & indicat; aut quod quis ἰὼν σῴζει, id est, gradiens imprimit: vel ἀπὸ τοῦ ἔχειν, id est, συνέχειν ὅλον τὸν πόδα, id est, quòd pedem integrum repræsentet. Etym:

Ἰχώρ, ῶρος, ὁ, Sanguis crudus, sanies, tabum; ab ἴκω similis sum, & αἷμα sanguis; quia similis sanguini: vel quòd ab eo ἰὸς ἐχώρησε, i. e. vis recessit.

Ἰψ, πός, ὁ, Vermis, qui ligna corrodit; ab ἴπτω lædo; quia lædit id, ubi vivit.

Ἰψος,

Ἴψος, ου, ὁ, Suber, arbor; dicta, quia ei cortex facilè ἴπτεται, i. e. læditur; nam is admodum ſcaber eſt, ſpontè dehiſcens & in fragmenta ſeſe ſeparans.

Ἰψὸς, οῦ, Hedera; dicta quia arbores, quibus adhæret, ἴπτει, i. e. lædit.

Ἰωγὴ, ῆς, ἡ,
1. Clamor; ob ἰωὴ vox, γ interpoſito.
2. Littus; ab ἰωὴ clamor, & ἄγω: ſonitus enim à littore mittitur, nempè ſtridore fluctuam.
3. Tegmen, diverſorium; ab εἴκω cedo, ſub quod ὑπείκομεν καὶ ἡσυχάζομεν, i. e. cedimus & quieſcimus.

Ἰωὴ, ῆς, ἡ, Vox, clamor, flatus; ab ἵημι mitto; ſunt enim quædam ἔσεις, i. e. quaſi emiſſiones quædam: vel etiam ab ἴα vox.

Ἰωνιὰ, ιᾶς, ἡ, Violetum; ubi ἴα, id eſt, violæ naſcuntur.

K.

K — DEcimæ literæ Græcorum nota eſt, quam vocant Κάππα ab Hebræo בָּק *Caph*, quod ſignificat volam manûs. In numeris notat viginti, cum acuto præfixo, & ſubſcripto viginti millia; hoc modo K. Etym: dici vult, ὅτι κάπυος ἐστὶν ἔρημα.

Καβάλλης, ου, ὁ, Caballus, equus clitellarius; à καταβάλλω dejicio; ut ſit, qui ſub oneribus premitur: vel à κάπτω edo, & ἅλις ſatis, quòd ſit edacior: vel à κάτη præſepe, & ἄλλος alter; ut ſit ὁ ἐκ κάπος ἄλλης ἐσθίων. Etym:

Καγχάζω, Cachinnor, effusè rideo; factum putatur per Onomatopœiam, imitando ſonum, qui in profuſo riſu editur.

Καγχαλάω, Exulto, ſummo gaudio afficior; factum ex χαίρω gaudeo & χαλάω laxo; Nam *Heſych*: καγχαλάω exponit χαλῶμαι ὑπὸ χαρᾶς, id eſt, animum præ

præ gaudio quasi aperio & laxo, quem dolor contrahit.

Καύχαρ, ρος, ὁ, Aridus ; à καυχαίνω quod est calefacio, arefacio : vel à κάω uro, & καίνω, id est, κόπτω scindo ; quòd ligna arida ad combustionem rescari solent.

Κάδος, ου, ὁ, Cadus ; à χαδῶ, i. e. χωρῶ contineo ; quòd sit liquoris capax.

Καθαίρω, Purgo, lustro ; vel à κατὰ & αἴρω tollo ; sordes purgando tolluntur : vel à κατὰ & αἴρω pro everto. *Martinius.*

Κάθαρμα, τος, τὸ, Sordes ; à καθαίρω purgo.

Καθαρμὸς, οῦ, ὁ, Purgatio, lustratio ; à καθαίρω purgo.

Κάθεδρα, ας, ἡ, Cathedra ; à καθίζομαι sedeo.

Καθεκούσιος, ὁ ἡ, Voluntarius à κατὰ & ἑκούσιος spontaneus.

Καθεξῆς, Deinceps ; à κατὰ & ἑξῆς idem.

Κάθετος, ου, ὁ, Perpendiculum, à καθίεμαι demitto ; quia deorsùm mittitur.

Καθεῖς, Adverb: figillatim, singuli ; à κατὰ & εἷς unus : vel à κὴ εἶτα, & εἷς ; ut sit, unus post unum ; alter & deinde alter : vel etiam à κὴ ἔτι & εἷς, ut sit, unus & adhuc unus.

Καθεύδω, Dormio ; à κατὰ & εὕδω dormio.

Κάθημαι, Sedeo ; à κατὰ & ἧμαι sedeo.

Καθίζω, Sedere facio ; à κατὰ & ἵζω quod ab ἕω colloco.

Καθόρμιον, ου, τὸ, Monile ; à κατὰ & ὅρμος idem.

Καθὼς, Sicut ; à κατὰ & ὡς ut.

Καινὸς, ἡ, ὸν, Novus ; ducamus à κὴ νῦν, ut sit, qui vel nunc est ; sic etiam νέος est à νῦν.

Καίπερ, Etsi ; à κὴ & πέρ.

Καίνυμι, Vinco ; à καίνω occido ; quia victoria bellica præcipuè consistit in cæde hostium.

Καίνω, Perimo, occido ; à κέω findo, seco ; vel à κέω cubo ; ut sit, jacere facio, prosterno : sed *Eustath.* benè à κναίω quod est κόπτω, ξέω, scindo, seco ; *Mart.*

Κα-

Καιρὸς, ὁ, Occasio, tempus; à κεῖρω accidit, contingit, καίρω Etym: vertit *curro*; si rectè, inde & jam καιρὸς commodè ducitur; quia tempus & ejus occasio est in perpetuo cursu.

Κακήγορος, ὁ, Maledicus, qui κακῶς ἀγορεύει, mala de aliquo prædicat.

Κακοπαθέω, Malè affectus sum, quasi κακῶς πάθω, i. e. malè sum aut valeo.

Κακκάβη, ης, ἡ, Cacabus; factum est per reduplicationem ex κάβη quod à κάπτω, id est, κοιλαίνω, excavo; est enim vas excavatum. Etym:

Κακκάω, sive καγκάω. Puerorum vox est, quâ utuntur significantes cacare, hinc κάκκη merda, quia κακὸν τι, i. e. vile quid.

Κακὸς, ἡ, ὸν, { 1. Timidus, meticulosus; quasi χακὸς à χάζω cedo, recedo, quod timidi facere solent. 2. Malus, improbus, idque itidem à χάζω recedo; ut sit, à quo boni omnes recedunt & subterfugiunt.

Κακοχέω, Malè tracto; malè habeo; à κακῶς malè & ἔχω habeo.

Κάκτος, ὁ, ἡ, Spinosa quædam planta, carduus; à καίω uro; quasi urit seu pungit.

Κάλαθος, ὁ, Qualillum; Etym: à κάλον lignum & θέειν currere; quòd in ejus structura ligna in orbem currant seu flexa sint. Quidam aiunt κάλαθον propriè esse sportulam, in quâ lineas lanas reponebant, & ducunt à κάλλη quod ejusmodi lanas significat, & τίθημι pono: alii κάλαθον ad vasa lactis transferunt, & dici volunt quasi γάλαθον à γάλα lac, & τίθημι pono.

Καλαὶς, ἡ, Velum; à κάλως funis nauticus; quo velum tenditur & laxatur.

Κάλαμος, ὁ, ἡ, Arundo; à καλῶς ἀμᾶσθαι. Etym: quòd facilè demetatur.

Καλαμίνθη,

Καλαμίνθη, ης, ἡ, Menthæ ſpecies, calamintha ; dicta, qu: καλὴ μίνθη, id eſt, bona ſeu utilis mentha.

Καλαύροψ, ωπος, ὁ, Pedum ; propriè quod in ſummo eſt repandum ; dicitur enim κάλον αὐ ῥέπον, id eſt, lignum retrò vergens.

Καλιὰ, ᾶς, ἡ, Nidus ; à κᾶλον lignum ; quòd ex lignis ſeu ſarmentis fiat : vel quia καλῶς, id eſt, affabrè ab ave conditrice fit, & quaſi arte. —— Componit: nidos—— —*Virgilius*.

Καλλιέλαιος, ος, ἡ, Frugifera olea ; qu: καλὴ ἐλαία pulchra olea.

Καλλιερέω, ήσω, Lito ; quaſi benè ſacrifico, i. e. felici eventu ; à καλῶς benè & ἱερεύω ſacrifico.

Κάλλος, ους, τὸ, Pulchritudo, decor ; à καλὸς bonus ; forma eſt corporis bonum : vel à καλῶ voco ; quòd forma homines allicit.

Καλύνω, Orno ; à κάλλος pulchritudo.

Κάλλωτρον, ου, τὸ, Id quo aliquid ornatur ; à καλλύνω orno.

Καλλωπίζω, Decoro : propriè pulchros oculos facio ; à καλὸς bonus, pulcher, & ὠψ oculus.

Καλοκἀγαθὸς, ὴ, ὁ, Bonus, qui eſt abſolutæ & conſummatæ probitatis ; à καλὸς bonus καὶ & ἀγαθὸς bonus.

Κάλον, ου, τὸ, Lignum ; à κάω uro : vel quia κάεται ὅλον, i. e. totum igni imponitur, & non in partes diffiſſum, ut placet *Harmaro*.

Καλόπους, οδος, ὁ, Ligneum pedem habens, i. e. πόδα ἐκ κάλων. eſt & ipſe pes ligneus.

Κάλως, Vide κάλως. infrà.

Καλὸς, ἡ, ὸν, Pulcher, decens, honeſtus ; Etym: à κάζω, id eſt, orno ; non malè. *Plato* à καλεῖν, id eſt, vocare ; quòd ad ſe vocet & alliciat.

Κάλπη, ης, & κάλπις, ιδος, ἡ, Urna, hydria ; à κόλπος ſinus, quòd ſit ſinuoſa ; aut à καλύπτω, tego, quòd occultet liquorem, vel quòd mortuorum cineres tegat : ſed *Euſtath*: κάλπις ἔπωθεν λέγεται, ὡς καλεῖσα πίνειν, i. e. ad bibendum vocans.

Κά-

Καλύβη, ης ἡ, Tugurium; à καλύπτω tego.

Κάλυξ, κος, ὁ, Rosa clausa, calyx, vulgò (nec malè) derivatur à καλύπτω tego, quia est tectus flos, nondum revelatus. fortè ad rem meliùs à καλέω claudo; schol: *Nic:* κάλυξ τὸ κεκλεισμένον ἄνθος τοῦ ῥόδου, id est, rosæ flos tectus & clausus.

Καλύπτω, Tego, velo; ducere possis à καλὸς pulcher, decens; ferè enim ornatûs causâ sunt tegumenta: vel secundùm *Har:* quasi κάλλος τινὸς; i.e. pulchritudo tecta subest, & ab injuria cœli conservatur; Metaphorâ à mulieribus delicatulis ductâ.

Κάλως, ω, vel κάλως, ὁ, Rudens, funis nauticus; ἀπὸ τοῦ χαλᾶν, quòd laxetur & demittatur in aquas.

Κάμαξ, ακος, ἡ, Vitis pedamentum seu adminiculum; Etym: quasi κάμναξ à κάμνω laboro; quia velut laborat gestando onere.

Καμάρα, ας, ἡ, Camera, fornix, testudo; quia pondere quasi κάμνει, id est, laborat, ferendo nititur.

Κάμηλος, ου, ὁ, vel ἡ, Camelus; Græci, qui suam vocem putabant, ducunt à γαμαί, id est, humi; quòd humi cubans onera suscipiat. alitèr quasi κάμψας quia κάμπτει μηρὸς, id est, femora inflectit, cum sese inclinat: vel à κάμπτω flecto, & ὅλος totus; quòd ad onera suscipienda totus incurvatur: vel quia sub mercibus dorso impositis κάμνει, id est, laborat & fatiscit.

Κάμιλος, ου, ὁ, Funis nauticus; à κάμνω laboro, fatigor; quia extensione quasi fatigatur. *Harm.*

Κάμμορος, ου, ὁ ἡ, Infœlix; pro κακόμοιρος, cui κακὸς μοῖρος, i. e. fatum malum & inimicum.

Κάμινος, ου, ὁ, Fornax, ignis quasi à καύμων ὁ à καίομαι succendor, vel à καῦμα æstus.

Κάμνω, μῶ, vel μῶμαι, κεκμηκα, Lassesco, fatigor, deficio, ægroto; ducunt nonnulli à κάμπτω flecto; nã qui lassescit, ejus vires κάμπτονται flectuntur & retunduntur.

Κάμπτρα,

Κάμπτρα, ας, ἡ, Capsa ; quæ fiebat ex lignis flexis ; à κάμπτω flecto.

Κάμπτω, Flecto, inflecto ; à γνάμπτω, quod est, flecto, primò γόυ genu ; deinde & alia.

Καμπύλος, η, ὁ, Curvus ; à κάμπτω flecto.

Κάναβος, ου, ὁ, Lignum tenue ; à κάννη canna, arundo. *Martin.*

Κάναθρον, ου, τὸ, Currus ex storea ; à κάννη storea, quia inde fit.

Καναχέω, ήσω, Resono ; à κανὸν ἀχεῖν, id est, ἠχεῖν, sonare.

Κάνεον, ου, τὸ, Canistrum ; à κάνη vel κάννη storea, quia inde fit.

Κάνης, ητος, ὁ, Canistrum ; à κάνη canna ; ex qua plectitur.

Κάνθαρος, ου, ὁ, Scarabæus : dictus quia ὀρύσσει, id est, nascitur ex stercore κάνθωνος, id est, asini.

Κάνθαρος, ου, ὁ, Poculum, cantharus ; dici volunt ab autore seu inventore ; aut à κάννη, quia oblongior est & cavus, ut canna.

Κανθήλιος, ου, ὁ, Asinus ; à κάνθων idem ; inde κανθήλια clitellæ.

Κανθὸς, οῦ, ὁ, Oculi angulus, hirquus ; Etym: à κνήθω prurio ; pruritum excito ; oculorum enim angulis pruritus sæpè accidit ab acri humore eò affluente.

Κάνθων, ωνος, ὁ, Asinus ; an à κοπεῖν, id est, laborare, & νωθὴς piger ; est laboriferum, & tamen pigrum animal.

Κάνναβις, & κάναβις, Cannabis ; à κάννη arundo ; arundine seu caule est commendabilis.

Κανὼν, όνος, ὁ, Regula in libra, mensurâ, & aliis ; à κάννη calamus ; quia est calamus, quo aliquid examinatur.

Κάπη, ης, ἡ, Fossa ; à σκάπτω fodio.

Κάπη, ης, ἡ, Præsepe ; à κάπτω edo ; quòd sit locus, ubi jumenta pabulum edunt.

Κάπηλος, ου, ὁ, Caupo, institor, vulgò quasi κακώνων πηλὸν, id est, οἶνον, vinum vitians & adulterans : vel à χέω fundo & πηλὸς vinum, Etym: Ducit *Harm.* à κάπτω comedo ; quòd caupones ut plurimùm sint edaciores, & semper aliquid esitent : vel à κάω uro & πηλὸς vinum ; quòd viatori vinum adurere soleant.

Καπηὸς,

Καπνὸς, ῦ, ὁ, Fumus; à κάπτω ſpiro: vel à κάω uro & πνέω ſpiro; fumus eſt ſpiritus ex uſtione, ſive exhalatio ſicca, orta ex lignis concrematis.

Καπνοῦχος, ου, ὁ, Tubulus; à καπνὸς fumus & ἔχω contineo; intellige tubulum, per quem fumus exit; caminum, καπνοδόχον.

Κάπρος, ου, ὁ, Aper, verres; ducamus à κάπτω edo, quia vorax.

Καπυρὸς, ῦ, ὁ, Torridus; à κάω uro & πῦρ ignis.

Κάρα, τὸ, & κάρη, ἡ, Caput, vertex; à κείρω tondeo: aut à κρείω impero, quia eſt princeps pars corporis: vel per Metatheſin ex ἄκρα ſumma; quòd ſit corporis pars ſumma.

Καραβὸς, ῦ, ὁ, Cancer marinus; quia τῷ κάρᾳ βαίνει, id eſt, capite incedit.

Καραδοκέω, ήσω, Expecto; propriè, capite exerto ad videndum; quaſi τῇ κάρῃ δοκεύω, id eſt, capite expecto & obſervo.

Κάρδαμον, ου, τὸ, Naſturtium, herba; Perſarum opſonium; quia κάρα δαμᾷ, id eſt, caput tentat acrimoniâ ſuâ.

Καρδάμωμον, ου, τὸ, Cardamomum; à κάρδαμον & ἄμωμον, habet enim cum cardamo & amomo ſimilitudinem.

Καρδία, ας, ἡ, Cor, animus; quaſi κεαρδία à κέαρ cor.

Κάρδοπος, ου, ἡ, Mactra, alveus, in quo farina ſubigitur: ducamus à κεράω miſceo, & δέφω ſubigo; quia ibi aqua & farina miſcetur ac ſubigitur.

Κάρηνον, ου, τὸ, Caput, vertex; à κάρα caput: vide ſuprá.

Καρίναι, αἱ, Præficæ; à κὴρ mors; nam ſunt mulieres conductitiæ, quæ mortuos lugent: vel dictæ ſunt, quòd è Caria eſſe ſolerent. *Martin:*

Καρὶς, Squilla, galbacus; dictus à κάρα caput; quia maxima pars corporis ejus caput eſt.

Καρκίνος, vel καρκῖνος, ὁ, Cancer, piſcis & morbus; à κάρα κινεῖν, id eſt, caput movendo.

Κάρος, ου, ὁ, Sopor cum gravedine, veternus; à κάρα caput, cui accidit.

Κάρ-

Κάρπαι, vel κάμπαι, Vermes, qui oleis innascuntur; à κάμπτω flecto; quia movent se flectendo.

Κάρπασος, ου, ἡ, Medicamentum quoddam venenatum, quod soporem affert; fit à κάρος sopor & ποιῶ facio.

Καρπίζω, Fructum decerpo, defrugo; à καρπὸς fructus.

Καρπόβρωτος, ον, Id unde καρπὸν βρώσκειν i. e. fructū edere licet.

Καρπὸς, οῦ, ὁ, Fructus; *Eustath*: ducit à κάρφω, id est, ξηραίνω sicco; quòd καρπὸς tum dicatur, cum ad maturitatem coctus sit, humore eo deficiente, qui in viriditate ascendebat. Fructus plurimi sunt capitati & succulenti, ut poma, pira, ficus, &c. ideò καρπὸς esse possit à κάρα caput, & ὀπὸς succus: vel quia κάραν ποιεῖ, i. e. caput plantæ constituit. *Harmarus*.

Καρπόω, ώσω, Fructum (i.e. καρπὸν) colligo, carpo, ad fruendum.

Κάρρων, ονος, ὁ καὶ ἡ, Fortior, melior; Etym: derivat tanquam tertium comparat: à κρατὰς fortis, sicut βράσσων à βραχὺς: nisi velis à κρείω, quod significat κρατῶ, vinco, supero.

Κάρτα, Valdè, à κάρτος, pro κράτος robur.

Κάρταλλος, ου, ὁ, Cophinus, seu corbis in angustum desinens; ducamus à καρτὸς tonsus, scissus; quia ex scissis virgulis contexi solet. *Martin*:

Καρτερὸς, οῦ, ὁ, Robustus; à κάρτος robur, pro κράτος.

Καρύα, ας, ἡ, Nux, Juglans, arbor; à κάρα caput; quia gravedinē capiti afferunt ejus arboris folia: vel potiùs, quia est fructus capitatus, rotundus ceu caput.

Καρύκη, ης, ἡ, Condimentum, edulium quoddam *Lydorum*; sunt qui deduci putant à κάρυον juglans, aliquod juglandium genus huic condimento admisceri suspicantes.

Κασάλβη, ης, & κασαλβὰς, άδος, ἡ, Meretrix; ἀπὸ τοῦ κεκλεῖν καὶ σοβεῖν, hoc est, vocando & expellendo; quia intrò vocat amasios, si non habeat; si habeat, expellit ad intrò vocandos alios; ut vult Schol:

Ari-

Aristophanis & *Suidas*: vel à κάσσα i. e. πόρνη, meretrix, & λώβη opprobrium, dedecus.

Κασίγνητος, ου, ὁ, Frater ex utroque parente, germanus; à κάσις frater, & γείνομαι nascor; ut sit frater ex iisdem parentibus natus.

Κάσις, ιος, ὁ καὶ ἡ, Frater vel soror; fortassè, quasi ἄκασις ab Hebr: אָח *ach*, id est, frater; sed velim à γάω genero quasi γάσις: ut sit, cui idem principium generationis.

Κάσσα, ης, ἡ, Meretrix; dicta quòd se illecebrosè κάζει, i.e. ornat & fucat; aut quia κάεται, i.e. ardet, scil: libidine; aut etiam quia ἄσσον κάει, i. e. propè urit.

Κασσία, ας, ἡ, Cassia, frutex aromaticus, in Arabia nascens; Etym: ducit à κάζω orno; ut sit, ἡ διὰ τῆς εὐοσμίας τὰς αἰσθήσεις κάζουσα, hoc est, id quod propter fragrantiam sensibus placet, eósque quasi ornat.

Κασσίτερος, ου, (Atticè καττίτερος) ὁ, Stannum; Etym: à θᾶσσον τείρεσθαι, i.e. quòd facilè teratur; est euim fragile.

Κάστωρ, ορος, ὁ, Fiber, qui propè nihil est nisi venter: ideo ducunt à γαστὴρ venter; quid si à κέω findo, & στορέω sterno? nam secat & sternit arbores mira solertia. *Martin*:

Καταῖτυξ, γος, ἡ, Cassis, galea sine crista, & humilis seu depressa; παρὰ τὸ κάτω τετύχθαι, quòd deorsùm sit fabricata, non in altum.

Κατάλυμα, τος, τὸ, Diversorium; à κατὰ & κύω solvo; ut sit, ubi jumenta solvuntur, ut ab oneribus & laboribus cessent.

Καταμάω, Accumulo, sic ut solent facere οἱ ἀμῶντες, i. e. qui metunt.

Καταργέω, ήσω, facio ἀργὸν, i. e. ἀεργὸν inefficacem, inutilem; antiquo, abrogo.

Κατάῤῥοος, & contractè κατάῤῥους, ου, ὁ, Defluxio, peculiariter humoris descensio è capite in os; à κατὰ de, & ῥέω fluo.

Καταστολὴ, ῆς, ἡ, Vestitus; à κατασέλλομαι amicio: quia στέλλω et etiam instruo vestitu, orno.

Καταπέλτης, ου, ὁ, Catapulta; machina & telum bellicum; à κατὰ & πάλτη pelta, jaculum.

Κατήγορος, ου, ὁ, Accusator, qui contra aliquem loquitur; à κατὰ contra, & ἀγορεύω pro quo usit. ἀγορεύω dico.

Κατήλιφ, πος, vel φος, ἡ, Tabulatum, trabs, scalæ; ducamus à καταλείπω relinquo; ut sit trabs in qua superstructa aliqua moles relinquitur ut incumbat.

Κατηφὴς, έος, ὁ καὶ ἡ, Pudibundus, subtristis; à κάτω infra & φάος lumen, oculus; ut sit, ὁ κάτω βάλλων φάη, qui præ pudore aut tristitiâ, lumina deorsùm mittit.

Κάτω, Infrà, deorsùm; à κατά.

Καυκαλὶς, ίδος, ἡ, Herba quædam ex olerum genere; quia vehementer excalefacit & deficcat, possit esse quæ: καῦον καυλίον, i. e. herba urens.

Κανὸς, ἡ, ὸν, Malus; à κενὸς vanus.

Καυχάομαι, ήσομαι, Glorior, exulto; ab αὐχέω glorior.

Κάχρις, vel κάγχρις, υος, ἡ, Hordeum tostum; à καίω uro, & χρὼς color, ob ustum colorem, h. e. ustione contractum.

Κάμπτα, Capsa, cista; sive à κάμπω flecto; quòd ex flexis lignis fiat: sive à κάπτω edo; ut sit cista, in quam ponuntur edulia.

Κεάνωθος, ου, Spina quædam; an quia κεῖ ἄνωθεν, i. e. suprema parte secat & pungit?

Κέαρ, ατος, & κῆρ, κῆρος, τὸ, Cor, animus; à καίω uro; quia cor fons caloris, quem in universum corpus expandit: vel à κέω findo, quòd dolore diffindatur: vel quòd in tres angulos dividatur.

Κέδμαλα, τὰ, Diuturni ex defluxione affectus, præcipuè circa coxendicem; à κέω scindo, quòd dolore velut secent.

Κεδνὸς, ἡ, ὸν, Sapiens, venerandus; à κήδω curo; ut sit cura dignus: vel à κόω, i. e. νοῶ intelligo. Etym:

Κέδρος, ου, ἡ Cedrus; nomen ei esse potest à κέω uro; uritur ex ea pix celebris, quæ cedria vel cedrina dicitur:

vel

vel à κίω findo; quòd κίεται ῥᾳδίως, i. e. facilè finditur: vel à κίω uro & ἱδρόω sudo; quòd inter urendum picem celeberrimam exudet.

Κεῖμαι, κεῖσομαι, Jaceo, positus sum; contr. ex κέεμαι quod à κέω cubo; ut sit quasi κέων εἰμὶ, i. e. cubans sum.

Κειμήλιον, ου, τὸ, Supellex depositа, immobilis, preciosa; dicta quia κεῖται, i. e. jacet extra usum, vel immobilis; vel etiam quia supellex pretiosa majore cura solet reponi.

Κειρία, ας, ἡ, Fascia, quâ mortuus involvitur, fascia sepulcralis; quasi κηρεία à κῆρ, mors.

Κείρω, Tondeo, abscindo; possit esse à κέω scindo.

Κέω, Jacere cupio; ex κέω, unde κεῖμαι jaceo.

Κεκλήγω, Clango, fremo; ex κέκληγα, præt: verbi κλάζω clango.

Κεκράγω, Clamo; à κέκραγα, præt: med: verbi κράζω clamo.

Κεκρύφαλος, ου, ὁ, Reticulum, quo mulieres compescunt crines; à κρύπτω abscondo, cujus præter: κέκρυφα.

Κέλαδος, ου, ὁ, Strepitus, tumultus, à καλέω voco, scil: tumultuosè: vel à κέλω jubeo, hortor, & ἄδην abundè, quod fieri non solet sine strepitu quodam.

Κελαινεφὴς, ὁ ἡ, Nubes reddens atras; à κελαινὸς niger, & νέφος nubes. Epith: Jovis *Il.* c.

Κελαινὸς, νὴ, ὸν, Niger à κελὸς niger, vel quasi ϝελαινὸς à μέλας niger.

Κελαρύζω, Murmuro, strepito, cum sonitu fluo; an à καλέω voco & ῥέω fluo? *Martin*: potiùs à κέλαδος strepitus, & ῥύω fluo; aquæ cum murmure & strepitu quodam fluunt; nam verbum hoc κυρίως ὅτι τῶν ὑδάτων λέγεται, id est, propriè de aquis usurpatur. Etym: qui ducit à λα valdè & χρύζω, quod à χρῶ, i. e. φωνῶ sono.

Κελέβη, ης, ἡ, Poculum; à χεῖν fundere & λοιβὴ, i. e. libamen; ut sit vas πρὸς τὸ λείβειν, i. e. libationibus serviens.

Κελεὸς, οῦ, Avis perniciissima, galgulus; ergo potest esse à κέλλω celeritèr curro.

Κέλευθος, ου, ἡ, Via; quasi ἔλευθος ab ἐλεύθω venio, pleonasmo lite-

ræ κ. alii à κέλλω, i. e. βαδίζω eo, gradior, appello.

Κέλευσμα, τος, τὸ, Celeusma, mandatũ sive hortamentum quod nautis datur ad hoc vel illud faciendum; à κελεύω jubeo, hortor.

Κελεύω, Jubeo; à κέλω vel potiùs κέλομαι, h.e. jubeo, hortor.

Κέλης, ητος, ὁ, Celes, equus desultorius; à κέλλω celeritèr curro, quòd sit velox.

Κέλλω, λῶ, Appello ad portum, pervenio; vel velocitèr curro; à κίω eo.

Κελὸς, ῦ, ὁ, Niger; à κέω uro; fit enim ex ustione: aliter à μέλας niger.

Κέλυφος, εος, τὸ, Cortex; possit esse à καλύπτω tego: quia tegit lignum arboris.

Κέλω, vel ομαι, Jubeo, hortor; à καλῶ voco; est enim voco ad aliquid.

Κεμὰς, άδος, ἡ, Hinnulus cervi, caprea, dama; quasi κοιμὰς à κοιμάομαι cubo; quòd in spelunca adhuc latitet, nec audeat sese sylvis committere.

Κενεὼν, ῶνος, ὁ, Locus sub pectore concavus & ossibus carens; dicitur, quòd sit κενὸς ὀστῶν, i. e. ossibus vacuus.

Κενὸς, ῦ, ὁ, Vacuus, inanis; ducamus ab ἰνέω inanio, κ otiosè præposito, quod frequens est, ut in καρπάλιμος &c. alii quasi σκηνὸς à σκηνόω habito; ut sit ἐν ᾧ ἐστί τι σκηνώσασθαι, καὶ βάλλειν, i. e. locus vacuus, adeóque capax, ut in eo aliquid reponi possit. alii quasi κανὸς à καίω uro, ut sit κεκαυμένος καὶ σπουδὸς ὤν: vel quasi κινὸς à κινῶ moveo, quòd res leves & ponderis inanes huc vel illuc facilè moveantur. Etym:

Κεντέω, ήσω, Pungo, stimulo; à κέειν findere: legitur etiam in Aor: I. κένσαι, tanquam à κέντω.

Κέντρον, ου, τὸ, Stimulus; à κεντέω pungo: item centrum, vox Mathematica.

Κέπφος, ου, ὁ, Avis quædam marina levissima; item homo levis, stolidus; à κοῦφος, levis.

Κεραία,

Κερρία, ας, ἡ, Cornu; apex, ut corniculum; à κέρας cornu.

Κεραμεύς, έως, ὁ, Figulus; à κέραμος terra figularis.

Κέραμος, ου, ὁ, Terra figularis; quasi ἔραμος ab ἔρα terra: vel à κίω uro & ἔρα terra; ut sit terra quæ in vasa uri potest: quid si à κεράω misceo? quia ad figulina expetitur terra benè temperata.

Κεράννυμι, Misceo; à κεράω, idem.

Κέρας, ατος, τὸ, Cornu; à κάρα caput, cujus est ceu germen & ornamentum: vel à κείρω scindo; quòd bestiarum cornua in multos ramos dividantur.

Κέρασος, ου, ὁ, Cerasus; arbor dicta à Cerasunte urbe, juxta quam abundè florent: vel à κῆρ κῆρος cor, quòd τὰ κεράσια, id est, cerasi fructus cordis specie & colore in pomariis nostris visuntur, quæ Anglicè dicuntur, Heart-cherries. *Harm:*

Κεράτιον, ου, τὸ, Siliqua; à κέρας cornu; quia corniculata est.

Κεραυνὸς, οῦ, ὁ, Fulmen; à κείρω scindo, & αὔω uro; fulmen enim penetrat & urit: vel à κείρω & αὔω fulgeo; fulmen enim nullum est sine fulgure. *Varin:* παρὰ τὸ κερατίζειν καὶ αὔειν, ut sit metaphora ab animalibus, quæ cornu petunt.

Κερδίων, ονος, ὁ καὶ ἡ, Melior; à κέρδος lucrum.

Κέρδος, ους, τὸ, Lucrum; sic dictum quia κέαρ ἔδει, i. e. cor oblectat: vel à κέαρ cor, & δῶ do, i. e. lucro cor appono & applico.

Κερδὼ, όος, οῦς, ἡ, Vulpes; à κερδαλέος versutus; vulpes enim est animal astutum; vel à κέρδος lucrum, quòd prædæ lucro quasi inhiet.

Κερκὶς, ίδος, ἡ, Radius textorius, ad pulsandum idoneus; à κέρκω pro κρίκω pulso; quia dum tela fit pulsatur.

Κέρκωψ, ωπος, ὁ, Versutus, fraudulentus; à κέρκος cauda, & ὤψ vultus, oculus; sumptâ Metaphorâ à canibus, qui oculis & caudis adblandientes mordent.

Κερκοπίθηκος, ου, ὁ, Simia caudata; à κέρκος cauda & πίθηκος simia.

Κέρκος, ου, ἡ, Cauda; à κρίκω pulso; quia sæpè agitatur & q: pulsatur.

Κέρμα, τος, τὸ, Segmentum æris, numulus ; à κείρω ſeco.

Κέρνος, ου, ὁ, vel εος, τὸ, Vas fictile, multos cotyliſcos in ſe continens, quos feſto die fructibus omne genus implebant, & ex religionis avitæ ritibus ad ſacra deferebant : proprium id fuit miniſterium eorum, quos vocabant *cernophoros* ; ergo κέρνος dici potuit quòd varia in eo miſcerentur, à κεράννυμι miſceo.

Κερτόμος, ου, ὁ, ἡ, Maledicus ; à κέαρ cor & τέμνω ſcindo ; quòd calumniæ cor & animum quaſi ſcindant.

Κεφχνὸς, νὴ, νὸν, Durus, aſper ; à κέρχω exaſpero.

Κεστὸς, οῦ, ὁ, Veneris cingulum ; *Euſtath.* ducit à κεντέω, i. e. orno ; vel κέντημα, quod eſt κεντεῖν pungere ; ut ſit, acu pictus, quod ſine crebra punctione fieri nō poteſt.

Κέστρα, ας, ἡ, Genus teli militaris, malleus, ſudis ; ſolebat autem ſudis præuri ; ergo à κέω uro ; vel à κείω findo, quòd mallei opera & uſu lignum findimus.

Κεύθω. σω, Occulto, abſcondo : à κέω, jaceo, repoſitus ſum.

Κεφαλὴ, ῆς, ἡ, Caput ; videtur dici, quòd eſt pars ea corporis, in qua omnia ſunt duplicata ; oculi, palpebræ, aures, tempora, nares, ab Hebræo כָּפַל, quod eſt duplicare ; ſed ἀπὸ τοῦ κεκυφῶσθαι, id eſt, curvitate appellari tradit *Suidas*. aliis dici videtur quaſi καλύπτη à κάλυπτω tego ; quòd ibi cerebrum occultatur : aliis qui : κεφάλη, quòd ἐν αὐτῇ κεῖται τὰ φάη, i. e. in capite ſiti ſint oculi, qui ſunt corporis ſpeculatores.

Κηδεμὼν, όνος, ὁ, 1. Tutor, curator ; à κήδω curo.
2. Funeris & exequiarum curator ; à κῆδος funus.
3. Affinis ; à κῆδος affinitas, nuptiæ.

Κηδεστὴς, οῦ, ὁ, Affinis gener, ſocer ; à κῆδος nuptiæ.

Κηδέω, ῶ, ήσω, & έσω, Curo, curam gero ; à κέω uro ; ut ardentem curam ſignificet, qualem propinqui de ſe mutuò habent.

Κῆ-

Κῆδος, εος, τὸ, Cura, mœror; à κῆρ cor & ἔδω edo; cura enim & triſtitia quaſi cor edunt.

Κήδω, Mœrore afficio; à κῆδος mœror.

Κήθιον, & κηθάϊον, ου, τὸ, Vaſculum, in quod conjiciuntur ſortes; à κεύθω occulto, quia occulit ſortes, donec palàm educantur.

Κήλεος, α, ον, Urens, ſplendens; à καίω uro.

Κήλη, ης, ἡ, Tumor, ramex; quia durus eſt & quaſi lignoſus; duci poteſt à κᾶλον lignum.

Κηλὶς, ῖδος, ἡ, Macula; à καίω uro, ut ſit uſtione facta.

Κῆλον, ου, τὸ, Jaculum ex ligno; à κᾶλον quod eſt lignum; propriè ſiccum κηλόν.

Κηλὸς, ὸν, ὁ, Siccus; à κέω uro; ſiccitas enim eſt à calore.

Κηλόω, Precor; poëticum, à κηλέω mulceo; ut ſit deum mulcere precibus.

Κηρὸς, ὸν, ὁ, 1. Fræni genus; à κάμπτω, flecto; quia flectit & incurvat equi collum. *Varin*: à κάμνω laboro, quia ſuo fræno jumentum laborat: vel à κάπτω mando —— *Stat ſonipes & fræna ferox ſpumantia mandit* —— *Virg*:
2. Reticulum, ſeu fiſcella è viminibus plexa; haud malè à κάμπτω flecto, quia & flexibilis.

Κῆπος, ου, ὁ, Hortus; à κάπω, id eſt, πνέω flo, ſpiro; in horto liberiùs ſpiramus; & ipſe eſt locus perſpirabilis διὰ πνεόμενος.

Κὴρ, κηρὸς, ἡ, Sors, fatum; poſſit referri ad κείρω ſeco, quòd filum vitæ ſecat: vel à καίω uro; quòd mortuos olim cremarent: vel etiam à κείρω depopulor; quòd omnia depopuletur.

Κῆρ, κῆρος, τὸ Cor; ex κέαρ cor, per contractionem.

Κηρεία, ας, ἡ, Faſcia ſepulcralis, quæ & κειρεία & κειρία, à κὴρ mors.

Κηρίον, ου, τὸ, Favus, cerea cellula, ubi apes mellificant; à κηρὸς cera.

Κηρὸς, ὸν, ὁ, Cera: quia καιόμενος ῥεῖ, i.e. fluit, dum uritur: vel à καίω uro & ῥᾳδίως facilè, quòd facilè liqueſcat.

Κηρύβια, τὰ, Folliculi fabarum, rejectamenta, quæ decedunt, dum coquuntur; possis ducere à κείρω seco, quia resecantur. *Martin:*

Κήρυξ, υκος, ὁ, Præco; à κράζω clamo: vel quasi γήρυξ à γῆρις vox, sonus; vel ab ἐρῶ dico. Etym:

Κῆτος, εος, τὸ, Cetus, piscis inusitatæ magnitudinis; à κῶ, i. e. κεῖμαι jaceo; quia jacet tanquam moles ingens.

Κηφὴν, ῆνος, ὁ, Fucus ex apum genere; quasi καφὴν à κάπτω edo; quia edit tantùm, non operatur: vel qu: κωφὴν à κωφὸς fatuus, inefficax. Etym:

Κηώδης, & κηώεις, ὁ, Benè olens; à καίεσθαι, i. e. odoris causâ accēdi.

Κίβδηλος, ου, ὁ καὶ ἡ, Cui scoria immixta est; Metapho: non sincerus, fucatus. *Eustath*: affert ex aliis etymon à χίος quæ est urbs inter Samum & Lesbum; & δηλοῦν ostendere; ut sit quasi χίδηλος; quos enim Chiorum nummos Athenienses rejiciebant, eos solebant χιάζειν, i. e. literâ χ notare, ad significandam κέρμοτος φαυλότητα, i. e. nummi improbitatem. *Varinus* habet κίβδηλα ὑπὸ τῶν χίων δεδηλημένα, i. e. βεβλαμμένα, hoc est, à Chiis læsa: item ὑπὸ τοῦ χιὸς qui vermis est, δεδελημένα: sed ducam à κίβδης, id est lutum, ut κίβδηλον sit impurum, luteum, cui scoria admista est.

Κίβισις, ιος, ἡ, Pera, sacculus, ubi κεῖται βόσις, i. e. cibus reponitur: vel à κίω eo, & βόσις cibus; quòd viaticum, id est, cibum itineri paratum servet.

Κιβωτὸς, οῦ, ἡ, Arca, cista, capsa; à κίβος, quæ vox est barbara cibum significans, vel παρὰ τὸ κεῖσθαι ἐκεῖ τὴν βόσιν, quòd in ea cibus reponi solet.

Κιγκλὶς, ίδος, Cancelli; foramen, per quod immittitur clavis: à κλείς clavis, vel à κλείω claudo: vel à κλεὶς clavis, & κινέω moveo; quòd sit foramen, per quod clavis moveatur.

Κίγκλος, ου, ὁ, Cinclus, avis quædam; dicitur ex eo quia crebrò caudam movet; à κινῶ moveo & κλείς. *Martin:*

Κιθάρα,

Κιθάρα, ας, ἡ, Cithara; à κεύθειν vel potiùs κινεῖν ἔρωτας, id est, quòd cieat amores: vel παρὰ τὸ κινεῖν ῥᾳδίως, quòd facilè percutiatur. Etym:

Κίθαρος, ου, ὁ, Citharus piscis; dici putat Etym: à κιθάρα cithara; quòd ossa ejus citharæ fidibus sint similia.

Κίκιννος, ου, ὁ, Cincinnus, cirrus; à κυκᾶν confundere, reduplicatâ primâ syllabâ.

Κικκὸς, οῦ, ὁ, Gallus: videtur à sono ita dici: vel à κίκυς robur, quòd sit pugnax.

Κίκυς, υος, ἡ, Vires, robur; poët: Etym: à κίω moveo, quia ὁ ἰσχυρὸς ἐκ κινήσεως φαίνεται, i. e. fortitudo ex motu dignoscitur.

Κίμβηξ, vel κίμβιξ, Animalculum è vesparum vel apum genere; item parcus, sordidus; à κεῖμαι jaceo, repositus sum, & βαιὸς parvus; ut sit, qui tenuissimas quasque res stipat & in cimelia reponit.

Κινάβρα, ας, ἡ, Canum cibus; quasi κυνῶν βορὰ, i. e. canum esca.

Κίναδος, ὁ & τὸ, Vulpes: à κινῶ moveo, & ἄδην abundè; quòd vulpes se valdè motitet: vel à κινεῖσθαι ἀναιδῶς, i. e. turpitèr moveri; quid si potiùs à κύων canis? est enim vulpes canini generis. *Mart:*

Κίναιδος, ου, ὁ, Cinædus; quasi κενὸς αἰδοῦς, i. e. pudore & verecundia vacuus; vel quasi κινῶν αἰδοῖα, i. e. pudenda movens.

Κίνδαλος, ου, ὁ, Clavus, paxillus; quoniam mobilis, à κινεῖν movere & ἅλις satis, vel ἅλλομαι salio.

Κίνδαξ, ακος, ὁ, Agilis, mobilis; à κινεῖν movere.

Κίνδαφος, ου, ὁ, Vulpes, idem quod κίναδος suprà, & ex eo factũ.

Κίνδυνος, ου, ὁ, Periculum, à κινῶ moveo & δέος timor; periculum enim movet metum: vel à κινῶ & ὀδύνη dolor; quòd etiam dolorem pariat, ut sit κινόδυνος, & per syncopen κίνδυνος: vel à κινῶ & δύη infortunium; in periculis constitutos infortunium invadit.

Κινέω, Moveo; ab ἶν nervus, vis; motu demonstrantur vires:

vires : vel potiùs à κίω eo, motus primus & evidentissimus est itio, seu loci mutatio.

Κινύρα, ας, ἡ, Musici instrumenti genus, querulas & lamentabiles pulsatu reddens voces ; à κινύρομαι lamentor : vel à κινῶ moveo, & νεῦρον nervus ; quòd non nisi tactis percussisque nervis resonet.

Κινύρομαι, Lamentor : Etymol: vult vocem hanc propriè dici de mugitu boum ; ducitque à κινῶ moveo, & ὄρχ cauda ; quòd boves inter mugiendum caudas subinde movere soleant : vel quasi κινῶν ἔρομαι, id est, movens me scisitor quid faciam, quò me vertam. *Harm:*

Κίρκος, ου, ὁ, Circulus ; potest referri ad γυρὸς curvus. *Martin:*

Κιρνάω, ήσω, Misceo ; à κεράω, quod idem significat.

Κιρρὸς, ᾶ, ὁ, Fulvus ; à καίω uro.

Κιρρὶς, Species accipitris, & piscis ; à κιρρῷ, i.e. fulvo colore.

Κιρσὸς, ᾶ, ὁ, Varix, cum vena à multo sanguine dilatatur ; puto à κιρρῷ colore, id est, ξανθῷ, ἐρυθρῷ.

Κὶς, κιὸς, ὁ, Cis, vermis qui lignum aut frumentum absumit ; referri potest ad κέω seco, scindo.

Κίσσα, & κίττα ης, ἡ,
1. Pica, i. e. avis quædam varicolor, garrula gulosa, libidinosa ; *Var*: ducit à κίειν σεύεσθαι, quòd cũ vehementia ruat ad τὸ συνεσπάζειν, id est, coitum.
2. Pica, id est, absurdorum ciborum desiderium, quo mulieres gravidæ tentantur ; à κὶς vermis ; oritur enim ex humore acri ventriculum arrodente. *Harm:*

Κίσσηρις, εως, ἡ, Pumex ; *Var*: ὥσπερ τὸ κινούμενον ἐν τῇ σαίρᾳ, quòd inter verrendum moveatur ; est enim levis, quem facilè verriculo attollas : aut à κὶς vermis & λὶς lapis, quò sit λίθος οἷον ὑπὸ κιὸς διαβεβρωμένος, scil: quòd sit lapis fistulosas habens cavernulas & foraminula, ut videatur erosum exesúmque esse ab isto vermiculo, qui κὶς nominatur : vel

à

à κίω uro & σίρω arefacio; fit sæpè ab ustione lapidis veri, & siccandi usum habet.

Κισσὸς, Atticè κιττὸς, ὁ, ὁ, Hedera; possit esse à κίω findo, quia hedera alias arbores scindit & perdit: ergo & à κίσσω, id est, osculari; quia alias arbores amplexatur & quasi osculatur: vel à κίω eo, quòd in parietes latè serpat.

Κισσήρης, ες, ὁ ἡ, Hedera redimitus; à κισσὸς hedera & ἄρω apto.

Κισσύβιον, ου, τὸ, Poculum è ligno hederaceo; à κισσὸς hedera: vel παρὰ τὸ κεχύσθαι εἰς αὐτὸ τὸν οἶνον, id est, quòd in ipsum vinum effundatur; ut poculum generalitèr significet. Etym:

Κιχάω, άνω, ημι, Invenio, assequor, comprehendo, à χῶ capio; vel à κίω eo & χῶ capio.

Κιχάω, & κίχημι, Commodo, utendum do; à χράω idem.

Κίων, ονος, ὁ vel ἡ, Columna; *Var*: ducit à κίειν ἢ ἀνιέναι εἰς ὕψος, id est, quòd sursùm quasi eat & ascendat: vel qu: ἰὼν, id est, ascendens per pleonasmum τοῦ κ. Etym:

Κλαγγὴ, ῆς, ἡ, Clamor, clangor; à κλάζω clamo, clango.

Κλάδος, ου, ὁ, Ramus tener & flexibilis; à κλάω frango; quòd facilè frangi possit: vel παρὰ τὸ καλὸν εἶδος ἔχειν, quòd rami teneri & virescentes pulchritudinem quandam præ se ferre videantur.

Κλάζω, Frango; κλάω idem.

Κλάζω, fut: κλάξω, Clamo, clnago: de sagittis, aquilis, anseribus, gruibus, & aliis avibus, à sono dictum.

Κλαίω, αύσω, Lacrymor, ploro, fleo; à κλάω frango, vox flentium fracta est & abrupta: vel à καλῶ voco; quòd plangentium ferè mos sit, defunctorum nomina inter plangendum invocare.

Κλαυθμὸς, οῦ, ὁ, Fletus; à κλαίω fleo.

Κλεῖθρον, ου, τὸ, Claustrum, sera; à κλείω claudo.

Κλεινὸς, ἡ, ὸν, Celebris; à κλείω celebro.

Κλεὶς, δὸς, ἡ, Clavis; à κλείω claudo.

Κληδὸς,

Κλειτὸς, ἡ, ὸν, Celebris ; à κλείω celebro.

Κλέος, ἐος, τὸ, Gloria ; à κλείω celebro : vel à κλύω audio ; ut sit φήμη ἐξακουομένη, i. e. fama longè audita : vel à καλῶ voco ; ut sit, quam omnes ad se accersunt.

Κλέπτω, Furor ; à καλύπτω celo ; quòd homines furta celare cupiant : vel à χαλέπτω noceo.

Κλῆθρος, ου, ὁ, Sepes ; à κλείω claudo : quia iis horti claudantur.

Κλήθρα, & κλῆθρος, ου, Alnus ; meretur dici à κλάω frango ; nam lignum alni fragile est.

Κληὶς, ίδος, ἡ, Clavis, ut κλεὶς suprà.

Κλῆμα, τος, τὸ, { 1. Palmes, virga vitea ; quia fragilis, à κλάω frango. 2. Calcei genus ; à κλείω claudo ; ut sit κλῆμα, id est, quo pes clauditur.

Κληροδότης, ου, ὁ, Qui per sortem dat ; quod est δίδόναι ἐν κλήρῳ, id est, per sortem dare.

Κληρονόμος, ου, ὁ, Hæres ; qui κλῆρον νέμει, à κλῆρος hæreditas & νέμω distribuo, divido ; ut sit, qui sortem, seu hæreditatem dividit cum alio : vel à κλῆρος & ἔχω, id est, habeo, obtineo ; ut sit, qui hæreditatem sortitus est.

Κλῆρος, ου, ὁ, Sors, instrumentum quo sortimur ; à κλάω frango, & ἔρις contentio ; quòd veteres sortibus uterentur ad lites dirimendas & quasi frangendas. *Herodianus* ducit à κάλον lignum ; quòd sortes ἐν πῷ κάλῳ, id est, ligno insculperentur. Etym: à καλῶ voco ; quòd τὸν λαχόντα, id est, sortitum ad se quasi vocet.

Κλητίζω, In jus voco ; à καλέω voco.

Κλίβανος, ου, ὁ, Clibanus, propriè in quo hordeum coquitur ; dicitur enim quasi κριθῆς βανος, i. e. hordei fornax.

Κλίμα, τος, τὸ, Regio, tractus, propriè inclinamentum in globo terræ ; à κλίνω inclino.

Κλίμαξ, κος, ἡ, Scala, gradus ; à κλίνω inclino, ob acclivitatem ; scil: quòd ejus ascensus sit acclivis, descensus declivis.

Κλίνη,

Κλίνη, ης, ἡ, Lectus; in quem κλινόμεθα, id est, inclinamur & decumbimus.

Κλίνω, Inclino; à κλάω frango; rerum, quæ inclinantur, rectitudo & vires franguntur.

Κλισία, ας, ἡ, Locus ubi κλίνεται, i. e. recumbitur; tabernaculum, casa, mensa, lectus.

Κλισμὸς, οῦ, ὁ, Torus discubitorius, ubi κλίνεται, i. e. recumbitur.

Κλίτος, ους, τὸ, Devexitas, latus in quod res aliqua κλίνεται, i. e. inclinatur.

Κλοιὸς, οῦ, ὁ, Collare, amiculum, quo collum κλείεται, i. e. quasi clauditur.

Κλόνος, ου, ὁ, Motus, tumultus, strepitus; ergo ducamus à κλᾶν frangere, ut fragor à frango, fractio enim est obstrepera: aut à κλύειν audire, ut κλόνος sit, qui latè exauditur.

Κλύβαλις, ἡ, Herba, Latinis parietaria; quia prætereuntium vestimentis adhæresci, & velut agglutinatur; dici potuit à κόλλα gluten, & βαίνω eo.

Κλύδων, ωνος, ὁ, Fluctus, unda; à κλύζω lavo.

Κλύζω, Abluo, eluo, clystere perluo; item sono, more fluctuum, in quo sensu dici potest à κλύω audio; sonus enim fluctuum longè latéque auditur.

Κλυτὸς, ὴ, ὸν, q. d. Auditus, de quo multa audiuntur, celebris, à κλύω audio.

Κλωβὸς, οῦ, ὁ, Cavea avium: possit esse à κλείω claudo; quia aves ibi includuntur: vel à κᾶλον lignum, & ὀπὴ foramen, quia è lignis fit, perviis & foraminosis spatiis relictis.

Κλώζω, Clamo; usurpatur de graculis; *Varin.* trahit, à κλοιὸς graculus: vel ἀπὸ τοῦ κλῶ, i. e. καλῶ voco.

Κλώθω, Neo; quasi καλῶς θῶ, id est, optimè, concinnè & artificiosè pono, compono; sic enim fila inter nendum componi solent: hinc Anglice, Cloth, id est, pannus; sic dictus à κλώθω neo, quòd nendo fiat.

Κλω-

Κλωθὼ, ἡ, Clotho, una è Parcis; à κλώθω neo; quia filum vitæ nere & trahere dicitur.

Κλὼν, ωνὸς, ὁ, Ramus vel ſurculus, qui amputari ſolet; à κλάω frango, amputo, vel à κλάω flecto; ut κλῶνες ſint ramuli teneri & flexiles.

Κλὼψ, πὸς, ὁ, Fur; à κλέπτω furor.

Κμητὸς, ὴ, ὸν, Elaboratus, factus; à κάμνω laboro.

Κνάκων, ὁ, Caper; à colore κνακῷ, id eſt, flavo, luteo.

Κνάπτω, γνάπτω, γνάφω, Carpendo vellicandóque expolio, carmino, carpo, proprium fullonum, à κνάω, rado.

Κναφεὺς, έως, ὁ, Fullo; à κνάπτω polio; quòd fullonis ſit, pannum carpendo & pectendo expolire.

Κνάω, & κνέω, Scindo, rado, pruritum excito, à κέειν ſcindere, alii à καίνω perimo, occido, per ſyncopen fieri volunt.

Κνέφας, τος, τὸ, Caligo, tenebræ; à νέφος nubes, per pleonaſmum literæ κ, vel quaſi κενὸν φάος, i. e. luce carens.

Κνηκεῖος, ου, ὁ, Niger; fulvus; à κνηκὸς idem. Epith: aquilæ apud *Lycophr*:

Κνήθω, Pruritum excito, ſcalpo; κνήθομαι prurio; à κνέω idé.

Κνηκίας, ου, ὁ, Lupus; à κνηκὸς fulvus, quia tali eſt colore.

Κνηκὸς, ἡ, Parva nubecula, quæ cœli partem obſcurat & ceu croco tingit: quia κνηκὴ, i. e. crocei coloris eſt.

Κνῆκος, ου, ἡ, Herba quædam croco ſimilis; quia κνηκὴ, i.e. crocei coloris eſt.

Κνηκὸς, ὴ, ὸν, Flavus, inclinans in candidum, varius, nigris maculis aſperſus; fortè à κάω uro, qu: πυῤῥὸν, i. e. ignei coloris eſt, ut crocus. *Martin*:

Κνῆμα, τος, τὸ, Ramentum; pruritus; à κνάω, rado, prurio.

Κνήμη, ης, ἡ, Tibia, maximum os cruris; à κινεῖν movere; quia eſt motus cauſa; ut ſit, qu: κινήμη.

Κνημὸς, οῦ, ὁ, Pars montis, quæ à pede ipſius aſcendit ceu tibia; à κνήμη tibia.

Κνηστὴρ, ῆρος, ὁ, Qui radit, cædit, occidit; à κνάω rado, perdo.

Κνηστήριον, & κνῆστρον, ου, τὸ, Inſtrumentum τοῦ κνᾷν, i. e. quo raditur; ut radula, carduus fullonius.

Κνήφη

Κνήφη, ης, ἡ, Urtica; dicta quia κνᾷ, i. e. radit & pruritū excitat.

Κνίδη, ης, ἡ, Urtica; dicta quia κνίζει, id est, cum pruritu quasi mordet.

Κνίζω, Seco, rado, pruritum excito; à κνάω idem.

Κνιπολόγος, ου, ὁ, Avis, quæ κνίπας λέγει, i. e. legit & edit vermes, qui ligna erodunt.

Κνιπός, ῆτος, Pruritus; à κνάω pruritum moveo.

Κνιπὸς, οῦ, ὁ, Parcus, qui de necessariis quoque aliquid κνάει, i.e. abradit.

Κνίσα, sive κνῖπα, ης, ἡ, Nidor, pinguedinis incensæ fumus; dictus quia nares κνίζει, id est afficit & quasi rodit; aut potiùs à καίειν urere, quia ex pinguedine incensa oritur.

Κνισὸς, οῦ, ὁ, Catillo; qui κνίσαν, i. e. nidorem culinæ sectatur.

Κνὶψ, πὸς, ὁ, Vermiculus; ex iis, qui lignum vorant; dictus quia lignum κνᾷ, id est, rodit.

Κνύζω, Rado, scalpo; à κνάω idem.

Κνώδαλον, ου, τὸ, Bestia, animans; propriè dici volunt de bestiis marinis seu aquaticis; qu: κνωώδαλον à κνάω moveo, & ἅλς mare: usurpatur etiam de terrestribus, & dicitur quasi κυνώδαλον à κύων canis, & ἁλίσκω capio; quòd bestiæ à canibus venaticis capiantur: nonnunquam & de avibus, παρὰ τὸ κνώσσειν ἐν δαλοῖς. *Martin*:

Κνώδων, οντος, vel κνώδης, ὁ, Mucro seu acies gladii; q. καίνει ὡς ὀδὼς, i. e. scindit tanquam dens.

Κνώσσω, Dormio, sterto; qu: κενώσσω à κενὸς vacuus & ὄσσε oculus; quòd inter dormiendum vacui sunt oculi, non occupati videndo.

Κνὼψ, πὸς, ὁ, Cæcus; qu: κενὸς ὤψ vacuus visu: vel pleonasmo τοῦ κ à πὴ priv: & ὤψ oculus.

Κοάλεμος, ου, ὁ, Stultus, amens; *Suidas* dicit hanc vocem compositam esse ex κοῶ, id est, νοῶ sentio, intelligo; & ἠλεμαῖος vanus; ut sit qui res vanas meditatur. *Eustath*: dicit κοάλεμον εἶναι τὸ ἐν τῷ κοπῇ

κοῖν ἀλώμμον, id est, eum, qui judicio errat.

Κοᾶξ, Rana, ranæ vox ; fictitia à sono.

Κοάω, Audio ; contract. ex ἀκόω ; aut à κοέω intelligo.

Κόβδυρ, υ, ὁ, Vafer, maleficus ; quasi κακόβδυρ à κακὸν malum & βάλλω jacio.

Κογκίτης, υ, ὁ, Lapis albus & mollis ; in quo κόγχαι, id est, conchæ. *Martin:*

Κοδράντης, υ, ὁ à Quadrante Latino factum ; est enim quadrans.

Κόδυρ, υ, ὁ, Fucus ; quasi καύδυρ, παρὰ τὸ καύδην ἔχειν, quòd occulat caudam ; id est, κέντρον ; quòd aculeum non exerat, ut aliæ apes.

Κοιλία, ας, ἡ, Venter, alvus ; à κοῖλος cavus ; venter enim cavus est, vel quasi κολία à κόλον cibus ; quia cibum capit : vel παρὰ τὸ χυλεῖν, quod cibum ingestum in chylum transmutet : vel παρὰ τὸ κλύειν τὰ λῦμα. Etym:

Κοιλιοδαίμων, ονος, ὁ, Parasitus ; quia κοιλίᾳ, id est, ventri servit ut δαίμονι, i. e. deo, cui venter deus est, ut Apostolus loquitur : *Phil:* 3. 19.

Κοιλιόδεσμος, υ, ὁ, Ventrale ; tegumentum quod supra κοιλίαν δέται, id est, supra ventrem ligatur ; ut sit, qui amiculum ventris.

Κοῖλος, η, ὁ, Cavus ; quia κέκτηται ὄλος. Etym.

Κοιλόσταθμος, υ, ὁ ἡ ὄν, *Agg.* 1. 4. est autem habens κοίλους σταθμούς, id est, cavas mansiones, i. e. curvas, fornicatas, cameratas.

Κοιμάω, ήσω, Sopio, dormire vel cubare facio ; à κεῖμαι, jaceo ; quòd reclinati & jacentes dormiamus.

Κοιμητήριον, υ, τὸ, Cœmeterium ; à κοιμάομαι dormio ; est enim locus, in quo jacent mortuorum corpora, qui dormire dicuntur.

Κοινόπους, ουος, ὁ, Communi socióq; pede iter faciens ; à κοινὸς communis, & πούς pes. *Soph:* in Elect.

Κοινὸς, νὴ, νὸν, Communis, profanus ; *Varinus* ducit κοινὸς à κεύω, ut sit ὁ πᾶσι φοιτώμενος, id quod omnium usui

usui exponitur: vel à γῶ, id est, χωρῶ capio; ut sit ὁ δεκτικὸς καὶ εὐπρόσδεκτος.

Κοινόω, ώσω, Communefacio, communico; polluo; à κοινὸς communis, profanus.

Κοινωνὸς, ῦ, ὁ, Particeps, socius, qui cum alio commune aliquid habet; à κοινὸς communis.

Κοίρανος, ου, ὁ, Dux, princeps; à κῦρος authoritas; quam dominator habet in subjectos. veteres autem (ut scribit *Eustath:*) derivant vocem hanc à καιρὸς verso α in ο, ut sit ὁ τοῦ καιροῦ κύριος.

Κοίτη, ης, ἡ, Cubile; à κεῖμαι cubo.

Κόκκος, ου, ὁ, ἡ, Granum; videtur esse à κυέω pario, quod & de arborum fructu dicitur, ο in υ transeunte.

Κοκύας, & κοκκύας, Avus; κοκύαι majores; Etym: vult Ionicum esse vocabulum; & dici de iis, qui jam κεκομμένοι, i. e. qui recisi sunt & mortui, seu quos jam planximus, innuit ergo dici à κόπτομαι, lugeo.

Κοκκύμηλον, ου, τὸ, Dictum quasi κόκκυγος μῆλον, id est, cuculi malum, Latini *prunum* appellant; nempe ergo esset prunum præcox; quo tempore adhuc cuculus cantat.

Κόκκυξ, υγος, ὁ, Cuculus; dictus παρὰ τὸ κόκκυ φωνεῖν, i. e. à sono, quem edit. alii autem ex eo, quòd sit κόκκινος, i. e. colore coccineo.

Κόλαβος, ου, ὁ, Offula; buccea parva; à κόλον cibus. *Var:* à κολοβὸς mutilus, quòd ex magnis panibus diminuatur.

Κολάζω, Punio, costigo; à κόλος mutilus.

Κόλαξ, ακος, ὁ, Adulator, parasitus; à κόλον cibus quem quærit; nam mensam alienam sectatur: vel à κόλος, mutilus; quòd non sit vir integer; alii à κολλάω adhæreo; quòd cibi gratiâ patrono suo adhæreat.

Κολάπτω, { 1. Tundo, à κόλος mutilus; ut sit tundendo mutilare.
2. Excavo, à κοῖλος cavus.

Κολαφίζω, Colaphũ incutio; à κόλαφος colaphus. Vide infrà.

Κόλαφος, ου, ὁ, Colaphus, ictus τῆ κολάπτοντος, i.e. tundentis: vel παρὰ τὸ κολέειν τὸ φῶς, i. e. vultum mutilare.

Κολεὸς, οῦ, ὁ, Vagina; à κοῖλος cavus; quòd excavetur, ut enſem recipiat.

Κολίας, ου, ὁ, Piſcis, qui ex eo dictus videtur, quòd κοιλίαν, i.e. ventrem habeat notabilem nempe velut pictam; unde κοιλιόχαπλος dicitur.

Κόλλα, ης, ἡ, Gluten; uſus glutinis eſt complecti & jungere diſſita, & ſic κόλλα fit à κλείω claudo; claudit interſtitia, & jungit extrema.

Κόλλαβος, ου, ὁ, Epitonium chordarum: verticillus citharæ, lyræ; & quia eſt id quo fides vertuntur, & intenduntur, poſſit dici quaſi κλεὶς βοὸς clavis ſoni. *Euſtath*: ducit à κόλλοψ.

Κολλάριον, ου, τὸ, Collarium; ex Latino.

Κολλέψης, ου, ὁ, Qui κόλλαν ἕψει, id eſt, gluten coquit.

Κόλλοψ, οπος, ὁ, Corium durius in cervicibus & dorſis boum & ovium; dictum quia inde κόλλα ἑψεῖται, i.e. glutinum coquitur.

Κολλυβιστὴς, οῦ, ὁ, Numularius, qui argenteos aureóſve nummos permutat minutis, quales oboli ſunt & teruncii: κόλλυβος collybus, i.e. numiſmatis minuti ſpecies.

Κόλλυβος, ου, ὁ, Species monetæ, cui bovis imago impreſſa erat; quaſi κολλώμενος βοῦς, quia bos & moneta in unum coaluêre & quaſi conglutinabantur; eſt etiam æs parvum, ſive minuta moneta; fortè à κόλον mutilum & λαβεῖν accipere, quòd perexiguum ſit, & quaſi mutilum accipitur.

Κολλύρα, & κολύρα, ας, ἡ, Panis parvus, fruſtum panis; à κόλον cibus. ſed ſi parvitas ſit cauſa nominis, velim à κόλος mutilus & ἄρω pro ἀρέσκω invenio; quia fruſtum ut quid mutilum reperitur: vel à κόλον mutilum & ἄρω apto; ut ſit mutilum ſeu parvum, quod alicui quadrat.

Κολλύριον, vel κολλύριον, ου, τὸ, Medicamentum oblongum, teres,

ex

ex liquoribus, ſuccis, fructibus variiſque rebus ad varios uſus compoſitum; quaſi κόλυρον à κόλος mutilus & οὐρὰ cauda; quaſi ſit inſtar mutilatæ caudæ. alii (ad oculorum uſum reſpicientes) ducunt à κωλῦον, vel κωλύειν τὸ ῥεῖν, i. e. quòd oculorum fluxum ſiſtat.

Κολοβόκερκος, ον, Caudâ truncatus; à κολοβὸς mutilus, & κέρκος cauda.

Κολοιὸς, ὁ, Graculus; à κλῶ, i.e. φωνῶ clamo; quia avis κραπκὴ, i. e. clamoſa: vel à κόλος mutilus, quòd avicula ſit perexigua & mutila.

Κολόκυνθα, κολοκύνθη, & κολοκύντη, videtur dici, quòd κόλον κινεῖ, i. e. ventrem movet. *Dioſcor*: ait dictum eſſe quòd κοιλίαν λύει κάθαρσις, i. e. alvum lenitèr ſolvit: aut quia per ſe eſt fatuus & inſipidus cibus, tanquam κόλον κυνῶν, i. e. rejectaneus & canum cibus.

Κολοσσὸς, ὁ, Coloſſus, ſtatua viſendæ molis; Etymol: ducit à κολέειν ὄσσε, id eſt, ἐλαπτὸν, quòd oculi minores ſint, quàm ut eum viſu comprehendant: ſed ſi κόλος eſt magnus, quid dubitemus inde formare? *Martin*:

Κολοσυρτὸς, ὁ, Confuſa multitudo, pulvis excitatus; propriè ſtrepitus & pulvis; qui excitatur, quum virgultorum faſces per terram trahuntur; à κόλον ſarmentum, & σύρω traho: alii à κόλος magnus & συρτὸς, tractus.

Κόλουρος, ὁ, Cauda mutilus; à κόλος mutilus & οὐρὰ cauda.

Κόλουρος, ὁ, Circulus; coluri ſunt circuli duo in cœlo, per polos mundi ducti, qui Æquatorem in partes æquales, Zodiacum inæqualitèr ſecantes quatuor puncta cardinalia tangunt; alter ſolſtitialis, alter æquinoctialis; ita dicti, à κόλος claudus & οὐρὰ cauda; quòd eorum caudæ, id eſt, partes imæ nobis occultantur, & quaſi mutilæ ſunt, illis

utiles, qui ultra Capricornum habitant.

Κολοφὼν, ῶνος, ὁ, Fastigium, summa manus, apex; à Colophone urbe, inde colophonē addere alicui rei, est, eandē perficere, sive summam manum illi imponere.

Κόλπος, ου, ὁ, Sinus; à κοῖλος cavus; quia κοιλότης ἐαυτῷ ἕπεται, cavitas sinum sequitur: possis & à κρύπτω abscondo, quia in eo aliquid occulitur.

Κολυμβάω, ῶ, Nato, urinor, aquas subeo; Etym: ait *Dorienses* dicere κολυμφᾶ à κόλος mutilus & φάω appareo; quia nantes mutili apparent; caput enim tantùm, brachia, scapulas, & nates, natantes ostentant, non apparent toti.

Κολωνὸς, οῦ, ὁ, Tumulus, collis, locus editus: *Varin*: ducit à κολόω mutilo, quia supernè mutilatum est ejus acumen; vel à κωλύω impedio, quia celeriorem progressum itinerantium impedit.

Κολωὸς, οῦ, ὁ, Tumultus; tanquam à clamore κολοιῶν, i. e. graculorum.

Κόμβος, ου, ὁ, Nodus; sc: qui ornatûs causa fit; ut sit à κομέω orno.

Κόμη, ης, ἡ, Coma, cæsaries curiosiùs culta; à κομέω curo: vel à κοσμέω orno; coma enim capitis est ornamentū,

Κόμης, Comes, præfectus; dici potest à κομέω curo: sed potiùs à Latino *comes*, qui est socius itineris imperatori συνοδοιπόρος.

Κομιδὴ, ῆς, ἡ, Cura, portatio; à κομίζω curo, porto.

Κόμμι, Gummi, lacryma arborum quarundam siccata; an quia fluit ex κόμμεως arboris? i.e. quòd ex arbore incisâ (κεκομμένη) fluat, ut ex oculo lacryma.

Κομμὸς, οῦ, ὁ, { 1. Ornatus accuratior, & fucatus; à κομέω curam gero; quæ ornamus, curamus: vel potiùs à κέκομμαι τῦ κόπτω scindo; capillamentū auctum præciditur.
2. Planctus; à κόπτω plango.

Κόμμος, ου, ὁ, Dens molaris; à κόπτω scindo, quia is præcipuè cædit & molit cibum.

Κόμπος,

Κόμπος, ὁ, Crepitus, ſonitus, propriè apri dentes acuentis; eſto à κόμμος pro dente.

Κομψὸς, ὴ, ὸν, Scitus, elegans, facetus, propriè ornatus: à κομέω orno: vel ſit quaſi κοπτὸς ſciſſus, ſive venuſtus, à ſciſſione capilli qui alioqui horret. Etym: dici vult quaſi καμψὸς à κάμπω flecto.

Κόναβος, ὁ, Sonitus, ſtrepitus; à κινεῖν βοὴν, i.e. clamorem movendo.

Κόνδυλος, ὁ, Digiti junctura, ſive articulus; quaſi κένδυλος à κενὸς vacuus & δύω ſubeo; quòd percutiendo irruat in cavum carnis: aut à κονεῖν operari; manus enim operatur junctūrarum famulitio: aut à κινῶ moveo, quia ſemper eſt in motu; condyli enim ſunt partes digitorum flexibiles: vel à κόνδυλος quaſi κονεῖν δεῖ, i. e. oportet laborare, adhibitis digitorum articulis: vel à κονδὸς, curtus; articulorum inflexio digitum abbreviat, & quaſi decurtat.

Κονάω, ήσω, Operor, famulor; feſtino; à κόνις pulvis; ut ſit, pulverem excito, ut ſolent currentes & laborantes

Κόνιζα, Vide κόνυζα.

Κονίλη, ης, ἡ, Cunila, herba thymbra ſicca & calida; attenuat, incidit, meatus expurgat: ergo à κένειν ſcindere. *Mar:*

Κόνις, εως, ἡ, Cinis; pulvis; à κάειν urere; eſt enim cinis, pulvis ex re uſta naſcens: vel à κείρω ſeco, pulvis enim eſt terra in grumos & partes minutiſſimas ſecta: vel à κινέω moveo; quia facilè ſuppoſione pedis movetur & excitatur.

Κονιορτὸς, οῦ, ὁ, Pulvis in altū ſuſcitatus; à κόνις pulvis, & ὄρω excito

Κονίσαλος, ὁ, ὁ, Pulvis motus; à κόνις pulvis, & σαλεύω agito.

Κονίπους, δος, ὁ, Calceamentum multifidum πολυχιδὲς, quod totum pedem non tegit, ſed à pulvere aſpergitur à κόνις pulvis & πῦς pes.

Κοννόφρων, ὁ, Qui barbâ tantùm ſapiens eſt; à κόννος barba, & φρονέω ſapio.

Κόννος, ου, ὁ, Barba; à κινῶ moveo; quòd frequentiùs moveatur; *Scal*: vel quasi γόννος à γένυς mentum, ubi efflorescit.

Κόνος, ου, ὁ, Panarium scalprum; à καίνω seco; vel potiùs à κνάω rado.

Κοντὸς, οῦ, ὁ, Contus, nautica hasta longa & robusta; dicta ab usu, qui est κεντεῖν, id est, impellere navim; nam hoc in terrâ defixo, lembi cursus promovetur.

Κόνυζα, ης, ἡ, Conyza, cunilago; herba quædam sic dicta à κύων canis & ζέω ferveo, quòd decoctum ex ea canes à pulicibus repurget: si etiam lendes necat, ut pulices, ad κόνις, id est, lens, referri queat: fortè etiam dicta, quòd κώνωπας, id est, culices suo lentore capiat.

Κοπάζω, Desino, ex causa lassitudinis ob laborẽ; à κοπόω lasso.

Κόπανον, ου, τὸ, Pistillum, quo aliquid κόπτομεν, i. e. tundimus in mortario.

Κοπετὸς, οῦ, ὁ, Plangor, planctus; à κόπτω plango.

Κοπὴ, ῆς, ἡ, Cædes, occisio; à κόπτω scindo, cædo.

Κοπιάω, άσω, Labero, fatigor; à κόπος labor.

Κοπὶς, ίδος, ἡ, Cultrum, gladius, securis; à κόπτω scindo.

Κόπος, ου, ὁ, { 1. Labor; à κόπτομαι laboribus premor. 2. Lassitudo; à κόπτομαι lassor.

Κοπόω, Lasso; à κόπος.

Κόπρος, ου, ἡ, Stercus quod excernunt animalia; dici possit κόπρος à κοπιαρὸς molestus, quòd retentio excrementorũ sit molesta & periculosa; vel quòd excrementum corpori non utile est, sed molestũ. *Eustath*: videtur referre κόπρος ad κῆπος hortus; quòd stercus ad hortos fœcundãdos adhibeatur. Etym: dici vult quasi Κόπορος à κέω fundo & πόρος transitus, quòd per corporis meatus excernatur.

Κοπτὴ, ῆς, ἡ, Copta, placenta, tundendo facta, seu cui nonnulla, quæ tunderentur, miscebantur, ut nuclei pinei, amygdalæ, &c. à κόπτω tundo.

Κόπτω,

Κόπτω, Scindo, vulnero, pulso, plango; *Varin*: quasi καινόπτω à καίνω occido.

Κοχάμβλη, ης, ἡ, Brassica: dicta quia κόρας ἀμβλύνει, i. e. oculi pupillas hebetat: vel περὶ τὸ τὰς κόρας βλαπτειν, i. e. quòd pupillis noceat.

Κόραξ, κος, ὁ, Corvus, qui κόρος est, id est, ater colore: aut à κράζω vel κρώζω clamo, crocito; quia animal κρακτικὸν, i. e. clamosum. *Varin*: ait, quia habet κάραν μεγάλην, i. e. caput magnum.

Κορακῖνος, ου, ὁ, Piscis; vel à κόρος niger, quòd sit colore nigro; vel ἀπὸ τὸ κόρην κινεῖν, i. e. pupillam movere, quod perpetuò facit; ut tradit *Athen*: l. 7.

Κορεννύω, κορέννυμι, Satio, abundare facio; à κορέω idem.

Κορέω, έσω, & ήσω, Verro; à κείρω tondeo; verrere est velut tondere solum; soli sordes detondere.

Κορέω, Satio; *Eustath*: à κείρω quod est ἀπὸ τοῦ ἀκρίτως ἐσθίω, id est, immoderatiùs edo, nempe secando, & vastando cibum.

Κόρη, ης, ἡ, 1. Pupilla, puella; à κόρος pupus, puer.
2. Pupilla oculi; dicta quasi χόρη ex χέω fundo & ὁράω video; quòd per oculum vitivi spiritus exeant.

Κόρθυς, υος, ἡ, Tumulus, agger: à κορύσσω: aut à κόρυς, υος, galea; à similitudine galeæ. *Varin*: alii à κορυφὴ vertex.

Κορίζομαι, Blandior; à κόρος, ut sit, puerum blandè appellare.

Κόριον, ου, τὸ, Sacrificium pro κόρεις, i. e. pueris: ut γαμήλια pro fœminis.

Κόριον, ου, τὸ, Coriandrum; puto quia fructum gerit seu κόρεις, id est, pupillas oculorum: alii à κόρις cimex, quod folia & caules oleant cimices: alii quòd κόρας ἀμβλύνῃ, i. e. pupillas hebetet.

Κόρις, εως, ὁ ἡ, Cimex, vermis; puto à κείρω scindo; *Mart.*

Κορμὸς, ῦ, ὁ, Truncus, caudex; à κείρω tondeo. Stipes, ubi κείρεται κορμὸς est.

Κόρος, ὁ, 1. Puer ; à κορέω, id est, καλλύνω orno ; quòd puerilis ætas culta soleat esse & venusta : alii à κορέω purgo, quòd ea ætas pura adhuc sit & incorrupta : al. à κορέω curo, quòd junior ætas multa cura indigeat. possit & locum habere κέω uro & ὀρέω ruo, quòd ea ætas sit calida & impetuosa.
2. Scopa ; à κορέω verro.
3. Satietas ; à κορέω satio.

Κόρος, η, ον, Niger ; possit esse à καίω uro ; ustione corpora nigrescunt.

Κόρη, & κόρση, ης, ἡ, Crinis ; quia κείρεται, id est, tondetur.

Κορύβας, αντος, ὁ, Sacerdos Rheæ seu Vestæ ; à κορύσσω armo, & βαίνω eo ; quòd armati solebant ire & saltare : alii à κόρυς galea, & βαίνω eo, quòd galeatis incederent capitibus : sunt etiam qui à κόρη, id est, pupilla deducant, quòd dum custodirent Jovem, apertis oculis ipsis fuerit dormiendum : nonnulli & à κορύπτω, id est, cornu peto.

Κόρυζα, ης, ἡ, Gravedo, crudi humoris in nares distillatio, mucus ; à κάρα caput & ζέω bullio, quia velut ebullit è capite.

Κορυθαίξ, ὁ, Qui κόρυθα αἴσσει galeam movet, bellator.

Κορυθαίολος, ος, ὁ, Qui habet variam galeam, i. e. variegatam ; ab ὠόλλω vario & κόρυς galea.

Κόρυμβος, vel ον, Vertex ; item coma certo quodam modo nodata ; à κάρα caput.

Κορύνη, ης, ἡ, Clava ; quòd sit quasi capitata, capitatus fustis ; à κάρα caput.

Κορύπτω, Caput jacto ; à κάρα caput : & cornu ferio ; à κέρας cornu.

Κόρυς, υθος, ἡ, Galea, cassis ; à κάρα caput ; quia capiti tuendo imponitur : alii à κάρα caput & ῥύω defendo ; galea enim caput munit.

Κορύσσω, Galeâ armo ; à κόρυς galea.

Κορυφὴ,

Κορυφὴ, ῆς, ἡ, Vertex; quasi τὸ κάρηος ὑφὴ, i.e. capitis tectum: vel quasi κρυφὴ à κρύπτω tego, quòd ea pars capitis crinibus tegatur.

Κορώνη, ης, ἡ, Cornix, avis; dicta quia κόρη, id est, nigra: vel à κόραξ corvus; ut sit quasi corvulus; est enim similis, & corvo minor. Etym: quasi κρώνη à κρώζω clamo, crocito.

Κορωνὶς, ίδ-ος, ἡ, Epitheton navis; cui puppis κορωνὴ, i e. alta.

Κορωνόπους, οδ-ος, Herba, quæ & κορακόπους, i. e. cornicis pes, quem effigiant ejus folia, à κορώνη cornix & πῦς pes.

Κορυνὸς, ὕ, ὁ, Altus; à κορώνη summitas; alii ducunt à κάρα caput.

Κόσκινον, ν, τὸ, Cribrum; à κάζω & κινέω moveo; ut sit, quasi κατόσκινον, quòd agitato cribro, paleæ, siliquæ, & alia retrimenta excutiantur deorsum: alii ab ἄκοσὴ hordeum & κινέω moveo, quòd in eo moveatur & cribretur hordeum.

Κόσκυλμα, τ-ος, τὸ, Corii minutum præsegmen, quod abjicitur; an à κῶς pellis & κολέω mutilo? sonat, tanquam verbum fuerit κοσκύλλω, à κῶς pellis & σκύλλω lanio. *Martin*:

Κόσμος, ν, ὁ, Mundus, ornatus; à κομέω orno: assonat & κάζω orno, ut sit quasi κάσμ-ος.

Non alio mundus debebat nomine dici;
Nomen ab *ornatu* convenienter habet.

vel παρὰ τὸ κᾶσθαι ἅμα, quòd ejus partes sint continuæ.

Κόσυφ-ος, ν, ὁ, Merula, avis; videatur dici à καῦσις ustio, & ὑφὴ textura; quia est velut ustis seu nigris pennis.

Κόσυμβ-ος, ν, ὁ, Nodus; à κομβ-ος nodus fimbriatus; vel à κάζω orno & ἀμβαίνω circundo; ut sit nodus, qui ornatûs causâ alicui immittitur. *Martin*:

Κοπὶς, ίδ-ος, ἡ, Occiput; à κόπη caput, *Hesych*:

Κότ-ος, ν, ὁ, Ira inveterata & in mente diù hærens; à κεῖμαι jaceo; —— manet altâ mente repostа. *Virg*:

Κόπη, ης, ἡ, Caput; an quia habet multas κοίλας, id est, cavitates?

tates? aut est κοίτη, id est, cubile sensuum?

Κύττος, ου, ὁ, Gallus; fortè à κόττης, id est, capitis insigni crista.

Κοτύλη, ης, ἡ, Cavum manûs, cavitas; à κέω jaceo vel positus sum; in cavitatem recepta in eâdem jacent; vel quia est tanquam κοίτη, id est, cubile rerum, quæ in eâ reponuntur.

Κότυλος, ου, ὁ, Poculum, capiens quantum κοτύλη, quod etiam est vasculum quoddam seu poculi concavi genus.

Κουρὰ, ᾶς, ἡ, Tonsura; à κείρω tondeo.

Κουρίδιος, ου, ὁ, Qui juvenili ætate uxorem duxit; à κοῦρος pro κόρος juvenis. ita,

Κουριδία, ας, ἡ, Quæ sic virum; à κούρη, pro κόρη puella.

Κοῦρμι, Curmi, potionis genus, cerevisia: ducamus à κεράω misceo; est enim potus ex frugibus aquâ mistis.

Κόφινος, ου, ὁ, Corbis; mensura quædam; à κόπτω scindo, quia corbis fit ex sectis viminibus: vel à κόπος labor, quòd portantibus oneri sit.

Κόχλαξ, ακος, ὁ, Lapillus, calculus, propriè marinus; à κάχληξ idem.

Κοχλίας, ου, ὁ, Cochlea; à κόχλος concha; alii ab ὀλῶ, i. e. συστέφω convolvo, tanquam primò ὀλίας dictus sit.

Κόχλος, ου, ὁ, Concha; à κόχλω gyro; quia in gyrum acta est.

Κόχλω, Gyro, roto; fortassis à κύκλος circulus.

Κόψιμος, ου, ἡ, Arbor mespilo similis; an, quia folio inciso & serrata, à κόπτω scindo? *Martin*:

Κράβατος, vel κράββατος, ου, ὁ, Lecti genus; à κρεμᾶν τὰς βάσεις, suspendendo gradus; qui enim pensilibus lecticis sedent, aut recumbunt, pedibus terram non contingunt: vel à κάρα caput & βάω, quòd capite præcipuè in eo quiescamus.

Κράδη, ης, ἡ, Ramus, vel surculus ficulneus; à κλάδος ramus λ in ρ, liquescente.

Κραίνω, ανῶ, Potentèr efficio, tanquam imperante manu, à κρέω impero, ut sit quasi κρεαίνω.

Κραιπάλη, ης, ἡ, Crapula; à κάρα caput & πάλλω vibro; quòd caput circumagat.

Κραιπνὸς,

Κραιπνὸς, ῦ, ὁ, Velox, pernix, celer; ab ἁρπάζω rapio; ideò quòd rapidè, raptìm, & velocitèr, idem significent.

Κραῖρα, ας, ἡ, Caput; à κάρα caput.

Κράμβη, ης, ἡ, Brassica; raphænus; volunt dici, quasi κοράμβλη, quasi κόρας ἀμβλύνει, pupillas, i. e. visum obscurat; malim à κάρα caput, ut sit quasi καράμβη, quia εἰς κάραν ἀμβαίνει, id est, capitata surgit & crescit.

Κραμβὸς, ῦ, ὁ, Aridus, torridus; à καίω, uro, ρ interposito; alii à κραδρος aridus.

Κραναὸς, ῦ, ὁ, Asper; à κράνον caput, quod est asperum ossibus, *Martin*:

Κρανεία, ας ἡ, Cornus arbor; à κράνον caput, i. e. quia capitatum fructum fert.

Κράνειον, ου, τὸ, Galea; à κράνον caput, quòd sit capitis tegumentũ.

Κράνον, ου, τὸ, Caput; à κάρα idem.

Κρὰς, κρατὸς, ὁ, vel τὸ, Caput; à κάρα idem.

Κράσπεδον, ου, τὸ, Fimbria; à κράσει πέδου, id est, quia miscetur velut solo, deorsùm pendens; inde & dici potest à κρέμωμαι pendeo, & πέδον solum.

Κράστις, εως, ἡ, Gramen, fænum; idem quod γράστις, à γράω comedo.

Κρατευτὴς, ῦ, ὁ, Fulcrum veru, tanquam à κρατεύω, quia κρατεῖ, id est, tenet & sustentat verua, dum carnes illis infixæ torreantur.

Κρατέω, Vinco, fortitèr teneo; à κράτος robur.

Κρατὴρ, ῆρος, ὁ, Crater; à κεράω misceo: quia eo potus miscetur.

Κράτος, vel κάρτος, εος, τὸ, Robur, vis, potentia, imperium; à κραίνω potentèr facio: vel ab inusitato κρέω valeo: vel etiam à κάρα caput; qui enim alios vi & robore vincit, eorum caput evadit.

Κραυγὴ, ῆς, ἡ, Clamor; à κράζω clamo.

Κραδρος, ου, ὁ, Aridus; quasi καύαρος à καίω uro.

Κρεάγρα, ας, ἡ, Creagra, instrumentum, quo κρέας ἀγρεύεται καὶ ἀνασπᾶται, id est, carnes ex olla extrahuntur.

Κρέας,

Κρέας, ατος, τὸ, 2. Caro ; vel à κείρω ſcindo, caro enim dividua eſt ; aut à κρᾶσις temperie, quia temperies qualitatum in ea eſt plenior, quàm in oſſibus & ſtirpibus, &c. aut à κέαρ cor ; quale enim eſt cor, tale etiam eſt corpus.
2. Caro animalis mortui ; aut à κὴρ mors ; aut à κείω ſeco & ῥία facilè, eſt enim facilè ſectilis.

Κρεανόμος, ου, ὁ, Qui κρέας νέμει, id eſt, carnem dividit.

Κρῆον, ου, τὸ, Vas carnarium ; à κρέας caro.

Κρείσσων, κρείττων, ον, ὁ ἢ ἡ, Potior, melior ; à κρείσσις potis, fortis : vel à κρατέω vinco.

Κρείων, οντος, ὁ, Regnator, rex ; à κρείνω impero : vel quaſi κρατίων à κρατέω ſupero.

Κρέκω, ξω, Pectine ſeu radio pulſo ; à κρούω pulſo.

Κρεμάω, κρεμαννύω, κρεμάννυμι, Suſpendo ; à κάρα caput ; ut ſit ex capite pendere facio : vel à κρεμὼν pro ἀκρέμων ramus major ; ut ſit ex arbore ſuſpendere : vel à κρέας caro ; ſi eſſet primò carnem ſuſpendere. *Martin*:

Κρέμβαλον, ου, τὸ, Crepitaculum ; à κρέκω vel κρούω pulſo & ἐμβάλλω immitto ; ut ſit, quod ſola injecta manu pulſatum edit ſonum jucundum.

Κρέμις, Piſcis quidam, qui λιθοκέφαλος, id eſt, lapidem in capite geſtat ; unde fortè dici poſſit à κάρα caput & ἐμεῖν vomere, quòd capite aliquid quaſi vomat.

Κρήξ, 1. Avis roſtro præacuto & ſerrato ; à κρέκω pulſo, ſono ; quòd roſtro & alis ſtrepitum edat.
2. Capillus ; à κρέκω pulſo, quòd pectine pulſetur : aut à κάρα vel κάρηξ, pilus, cincinnus,

Κρέω, Impero, regno ; à κῦρος auctoritas ; quæ imperantis eſt ; vel à κάρα caput ; nam regnare eſt caput eſſe ſubjectorum.

Κρήγυος, ου, ὁ, Jucundus ; quaſi κηρὶ ἡδὺς i. e. cordi gratus ; hinc jucundum & gratum dicitur, quod cordi eſt.

Κρήδεμνον

Κρήδεμνον, ν, τὸ, Capitis ligamentum; vitta, pinnæ murorum; quasi καφήδεμνον à κεφὴς vel κάρα caput, & δέω ligo; pinnæ ſummitati ædium affiguntur, eáſque quaſi alligant.

Κρῆθμον, ν, τὸ, Crethmum, herba; à κείρω ſcindo; quia eſt foliis numeroſis, in particulas diſſectis.

Κρήϊον, ν, τὸ, Placenta, quæ carnes immiſtas habet; ut quæ paſta dicitur; à κρῆς caro.

Κρημνὸς, ὖ, ὁ, Præcipitium; quaſi κρεμάμενος, i. e. pendens locus circa montes aut rupes, unde quis poſſit præceps dari, ut ſit quaſi καφημνὸς; vel quaſi κάρη νάων, i.e. prono capite nutans.

Κρήνη, ης, ἡ, Fons; à κεράω miſceo, fundo, ita fons à fundo: vel quaſi καφήνη à κάρηνον caput; fons eſt caput fluminis.

Κρηπὶς, ῖδος, ἡ, Baſis, fundamentum; à κάτω deorsùm & ῥέπω vergo; quòd fundamenta rerum deorsùm vergant & infimè repant.

Κρησίεα, ας, ἡ, Cribrum ſeu excuſſorium è pilo laneo; item lineus ſacculus, per quem aliquid colatur; ducamus à κείνω cerno, ſecerno, unde & cribrum, quòd eo res à rebus ſecernantur.

Κρησφύγετον, ν, τὸ, Refugium; à Κρὴς Cres & φεύγω fugio; quia erat aſylum eorum, qui Minoem Κρῆτα, i.e. Cretenſem, ſeverum ultorem ſcelerum, fugiebant.

Κρῖ, Contractum ex κριθὴ hordeum.

Κρίβανος, ν, ὁ, Clibanus; quaſi κριθῆς βάνος, i. e. hordei fornax.

Κρίζω, Strido; à ſono; vel à κεράζω clamo.

Κριθὴ, ῆς, ἡ, Hordeum; *Euſtath*: ducit à κείνω diſcerno, quòd ejus grana à ſe invicem diſtent & quodam nodo ſecernantur: nam eſt culmus pluribus articulis geniculatus & diviſus, quàm triticum.

Κρῖμα, vel κρίμα, Judicium, à κρίνω judico.

Κρίμνον, ν, τὸ, Farina craſſior, mica; exponitur & κριθὴ hordeum, ex eo igitur deſcendit.

Κρίνον, ν, τὸ, Lilium; *Suidas* ducit à κείνω ſecerno, quòd folia

folia ejus sunt distincta : alii etiam à κρίνω, quòd flos celeritèr separetur à scapo suo : vel à κρίνω judico, quia est κριτήριον & indicium veris.

Κριὸς, οῦ, ὁ, Aries ; quasi κρείων, id est, dux gregis ; vel à κέρας cornu ; quia cornutus : vel secundùm Etym: παρὰ τὸ κεκρίσθαι τὰς τρίχας, i. e. quòd villus arietis ab ovium aliarum villo distinguatur.

Κροκάλη, ης, ἡ, Littus ; à κρέκω sono ; quòd fluctibus resonet.

Κρόκη, ης, ἡ,
1. Trama, subtegmen ; id quod stamini inseritur ; à κρέκω pulso.
2. Littus ; à κρέκω vel κρούω pulso ; quia pulsatur fluctibus.

Κρόκος, ὁ, & ον, τὸ, Crocus ; Etym: quasi κρύκος, à κίειν ἐν κρύει, i. e. crescendo in frigore ; nam in hyeme virent ejus folia.

Κροκόδειλος, ου, ὁ, Crocodilus ; dictus quia κρόκον δειλιᾶ, id est, crocum metuit ; terrestris crocodilus mel vorat, at eum fugant apiarii, apposito croco : vel quia est animal timidum δειλὸν, & colore κρόκον, i. e. crocum imitatur.

Κρόμμυον, ου, τὸ, Cepa ; à κάρα caput, quia capitatum ; unde & *cepa* à *capite*.

Κροσσαὶ, ῶν, αἱ, Capitulum muri, pinna ; à κόρση caput : vel metaphorâ ductâ à vestibus, quarum summitates κροσσοὶ nominantur.

Κρόσφος, ου, ὁ, idem quod γρόσφος ; puto à κροσσῷ, i. e. extremitate, ut sit propriè ferrum imum hastæ ; deinde & telum.

Κρόταλον, ου, τὸ, Crotalum, crepitaculum ; à κρότος pulsus ; quia sonum edit cùm κρούεται, i. e. pulsatur.

Κρόταφος, ου, ὁ, Tempus, pars capitis ; quasi καρόταφος à κάρα caput : vel, παρὰ τὸ κρότεῖν περὶ τὴν ἀφὴν, quòd ibi evidens sit venarũ pulsus ; alitèr à κηρύσσειν τάφον, i. e. mortem propinquã nunciare, quia à temporibus incipimus canescere, secundùm illud *Theocriti* —

ἀπὸ

ὑπὸ κροτάφων πελόμεσθα πάντες γηρηλέοι —— vel etiam à κρούω pulso & τάφος mors; quòd temporibus contusis mors sequitur. Etym:

Κρότος, ου, ὁ, Pulsus, plausus; à κρούω pulso.

Κρότων, ωνος, ὁ, Ricinus, musca canina, à κρατεῖν, i.e. tenere, quia κρατητικὸς, i. e. tenax est partis apprehensæ.

Κρουνὸς, οῦ, ὁ, Scatebra, saliens fons; à κρήνη fons; vel à κρούω pulso, quia terram scaturiendo quasi pulsat: vel sit, quasi μετὰ κρούσεως νῶν, i. e. cum strepitu fluens: vel quasi ῥυνὸς à ῥέω fluo.

Κρούπεζα, τὰ, Lignei calcei; à κρούω pulso & πάλλω vibro; quòd vibrent, quæ ab illis pulsantur calcara.

Κρούπετα, vel κρουπέζια, τὰ, calceamenta lignea; à κρούω pulso, & πέζα planta pedis; item κρούπετα à κρούω & πέτω cado.

Κρούω, σω, Pulso; à κέρας cornu, quasi κερούω, est enim propriè cornibus petere sive ferire

—— *Cornu ferit ille, caveto* —— Virg:

Κρύος, εος, τὸ, Frigus; à κρούω pulso; scil: διὰ τῶν κροῦσιν τῶν ὀδόντων, i.e. stridorem dentium, qui fit aëre frigente.

Κρύπτω, ψω, Abscondo, occulo; à κλύπτω idem, quia λ & ρ permutari possunt: vel à κάρα caput, ut sit qu: καρύπτω: metaphorâ ab iis sumptâ, qui caput occultant.

Κρύσταλλος, ου, ὁ, Glacies, gelu; crystallus lapis; quia κρύει στέλλεται, i. e. frigore contrahitur, & in duritiem cogitur.

Κρώζω, ξω, Crocito; metaph. garrio; à κράζω clamo.

Κρωσσὸς, οῦ, ὁ, Hydria, urceus; cujus usus ad κρᾶσιν, i. e. mixturam aquæ cum aliis liquoribus. *Eustath*: annotat denominari; à κρῶ, i. e. κερῶ, quod significat στελάζω καὶ ἐπιχέω, i. e. stillo & infundo.

Κτάω, Usitatum est κτάομαι acquiro, comparo, possideo; ex κέω κῶ, pleonasmo τοῦ τ, κτῶ κτήσω.

Κτείνω, ενῶ, Occido; ab inusit: κτάω, quod fortè à κάτω deorsùm; occidere est deorsùm pellere, sive detrudere, & quasi è vita deturbare; *Harm*:

Κτεὶς,

Κτεὶς, ενὸς, ὁ, Pecten ; *Eustath*: dici vult κλεὶς tanquam ὀκλεὶς, ὃς τὸ ὀκλείνειν τείχας, quòd crines extendat : vel quia pediculos eruit & κλείνει, i. e. occidit.

Κτέρεα, τὰ, Exequiæ, Justa ; κτέρες murtui ; à κτάω occido ; vel à κτέρας possessio ; κλερεάζειν ergo esse poterit, mortuum quasi in possessionem sepulchri tradere.

Κτῆμι, Occido (à κτάω) unde participia κτὰς & κτάμενος.

Κτῆνος, εος, τὸ, Jumentum, pecus; quasi possessio; à κτάομαι possideo : vel à κτάω seu κλείνω occido, quòd pecora in sacrificia & usum humanum mactentur.

Κτίζω, Condo, creo, fabricor ; à κτάω, i.e. κτάομαι possideo; condendi actio via quædam est ad jus possidendi, & possessionem ipsam; nam cujus est condere, ejus est jure optimo possidere.

Κτὴν, ενος, ὁ, Aries ; *Eustath:* ducit à κίω, id est, προβάινομαι eo; quia τῶν ἄλλων προπορεύεται, i. e. gregem præit. Scholiastæ *Homeri* placet, quòd κτὴν sit, quasi ἀκτὴν ab ἄγω duco, quia dux gregis est : posset etiam dici à κτίζω pro γεννῶ, i. e. gigno ; quia gregis pater est : vel quia crebrò immolatur, sic à κτάω vel κλείνω occido : aut etiam à κτάομαι possideo; quia oves erant præcipua veterum possessio : potest deniq; etiam deduci à πίλλω vello, scil: quia tondendo lana ejus avellitur.

Κτυπάω, ήσω, Strepo, strepito; κλύπος fragor, strepitus. *Var:* ducit à τύπτω verbero; quòd res pulsatæ sonum edant.

Κύαθος, ου, ὁ, Cyathus; quasi κεύαθος à κεύθω occulto, quia potum servat, & quodammodò occultat : vel à χέω fundo, mutatione aspiratæ in tenuem.

Κύαμος, ου, ὁ, Faba, legumen. *Eustath:* componit ex κύω genero & αἷμα sanguis ; quòd sanguinis sit generativum.

Κυαμοβόλος, ου, ὁ, Qui κύαμον βάλλει, i. e. qui fabam jacit & mittit sortiendi causâ.

Κυαμοτρώξ γος, ὁ, Qui κυάμους τρώγει, i. e. fabas edit.

Κυβερνάω, ήσω, Guberno ; quasi κῦμα ἐράω fluctus scrutor, in fluctus

fluctus inquiro, eósque obſervo; ut ſit propriè & primariò navim inter fluctus gubernare.

Κύβη, ἡ, Caput; à κεφαλὴ idem: vel potiùs, quia κυτὴ curvas; vel à κύπτω inlino, quòd capitis ſit ſe inclinare.

Κύβηλις, ἡ, Securis; quâ boves mactant & ſternunt; ergò quaſi κάβδηλις à καβδάλλω Æolico, pro καταβάλλω dejicio, ſterno.

Κύβος, ε, ὁ, Teſſera, vel aliquid habens figuram quadratam; à κύκλος circulus, & βάσις, ut ſit ὁ κυκλόθεν βάσιν ἔχων, i. e. omni ex parte firmam baſin habens: vel ex κέω jaceo & βάσις; quòd quadratum habeat in omni poſitu aut jactu firmam baſin; indè homo conſtans & immobilis dicitur τετράγωνος.

Κυδοιμὸς, ὁ, ὁ, Turba, tumultus; à κύω pario & δεῖμα timor; quia timorem parit. *Varin*: item à κύω & οἶδμα tumor.

Κῦδος, ους, τὸ, Gloria; à κύω, id eſt, φιλῶ honoro, colo: vel à κυάω pario & δέος timor; quòd gloria timorem pariat & reverentiam: vel potiùs à κήδω curo, veneror; quòd qui in ſplendore & gloria conſtituuntur, ſunt hominibus intra ſe poſitis, venerandi & reverendi.

Κύδος, ε, ὁ, Probrum; à κῦδος gloria, per Antiphraſin; aut à κέω ſcindo; contumelia animum vexat & quaſi ſcindit.

Κυέω, ήσω, Sum prægnans, in utero geſto; à κύειν pro ἀγαπᾷν, i. e. γνῶσιν φιλότητος cognitione amoris.

Κύημα, τος, τὸ, Id quod κυεῖται, i. e. in utero geſtatur; fœtus.

Κυδώνιος μηλέα, Cydonia ſeu cotonea malus; à *Cydone* oppido Cretæ, ubi germinat.

Κυκάω, ήσω, Miſceo, propriè de liquoribus; ſit ergo à κύχος humor.

Κύκλος, ε, ὁ, Orbis, circulus; à κυλίω volvo; orbicularia faciè circumrotantur.

Κύκλωψ, ωπος, ὁ, Cyclops; à κύκλος circulus, & ὤψ oculus; juxta illud *Hesiodi* —— Κυκλοτερὴς ὀφθαλμὸς ἐνὶ; ἐνέκειτο μέτωπῳ.

Κύκνος, ου, ὁ, Cygnus, olor; puto à κύδνος, i.e. ab albedine: vel κύκνος quasi ἐν κύμασι νῶν in fluctibus natans.

Κύλα, τὰ, Cavitas oculorum; quasi κοῖλα, i. e. cava.

Κύλιξ, κος, ὁ, Calix; poculum torni κυλίσει, i. e. volutatione factum.

Κυλίνδω, Volvo; à κυλίω idem.

Κυλλὸς, ὸν, ὁ, Claudus, curvus; à κόλος mutilus.

Κυλοιδιάω, Sum oculis tumentibus; à κῦλον oculorum cavitas & οἰδάω tumeo.

Κῦμα, τος, τὸ, 1. Fluctus, unda; quasi κύημα à κύω pario; fluctus fluctum parit. —— πρὸς κύματι κῦμα κυλίνδεται. ——
2. Fœtus; pro κύημα à κυέω gravidus sum, fœtum gesto.

Κύμβαλον, ου, τὸ, Cymbalum; *Varin*: ducit à κυφὸς quòd cavum & curvum: alitèr ex factitiâ voce κυμ & βάλλω.

Κύμβη, ης, ἡ, Cymba: poculi genus; à κύμβος quod receſſum cavum ſignificat.

Κύμβος, ου, ὁ, Cavus receſſus, ollæ fundum; à κυφὸς curvus.

Κύμινδις, εως, vel ιος, ἡ, Avis quædam nocturna; quasi κρύμινδις à κρύπτειν & ἰδεῖν, quòd occultet ſui viſionem.

Κύμινον, ου, τὸ, Cyminum, herba & ſemen; à καῦμα æſtus; quia calefacit & exſiccat: at *Lobelius*, quòd magnæ ſit feracitatis, cuminum à κύω pario manaſſe putat.

Κυνάγχη, ης, ἡ, Anginæ ſpecies, cum interni gutturis muſculi inflammantur, à κύων canis & ἄγχω ſtrangulo: ſic dicitur, q. morbo hoc affecti cogantur ore ſemper aperto reſpirare, & in morem canum linguam exerere.

Κυνάρα, ας, ἡ, Carduus altilis, ſtrobilis; à κύων canis dictam volunt, quia aculeata cum ſit, velut canis, mordet.

Κυνέω, Oſculor; ex κύω idem.

Κυνί-

Κυνάνθρωπος, ου, ὁ, Caninus homo, impudens; à κύων canis & ἄνθρωπος homo.

Κυνηγέτης, ου, ὁ, Venator; à κύων canis & ἡγέομαι duco.

Κυνάμυια, ας, ἡ, Musca canina; à κυνὸς μυῖα, id est, canis musca. accipitur pro impudente, canis enim ἀναιδής, musca vero θρασεῖα. Etym.

Κυνοσουρὰ, ᾶς, ἡ, Cynosura, i. e. κυνὸς οὐρὰ cauda canis: astrum simile caudæ canis erectæ.

Κύθ, εος, τὸ, Fœtus; à κυέω pario.

Κυπάρισσος, ου, ὁ, Cupressus; quia κύει παρίσους τοὺς ἀκρέμονας, i. e. grandiores ramos pariles parit.

Κύπελλον, ου, τὸ, Cyathus; deflexum à κύφελλον, quod à κυφὸς curvus, quia in cavitate curvitas est. *Eustath:* ab aor: 2. verbi κύπτω deducit. alii q: χύπελλον dictum volunt à χύω vel χέω fundo, & πηλὸς vinum; ut sit poculum, ex quo vinum bibatur.

Κυπρίζω, Germino, an à κύπρις venus? aut potius à κύπρος cyprus, ut propriè de cypri baccis dicatur.

Κύπτω, Pronus sum, inclino, incurvo caput; à κύβη caput, & πέτειν, i. e. cadere.

Κυρβασία, ας, ἡ, Crista gallinacei; item tiara erecta, quâ Persarum reges soli utebantur; à κάρα caput & βαίνω eo, quòd in capite rectà sursùm erigatur: omnibus Persis licebat τιάραν ferre, sed erectam (ὀρθὴν) solis regibus, aliis autem ἐπτυγμένην καὶ προβάλλουσαν εἰς τὸ μέτωπον. *Martin:*

Κύρβις, εως, ὁ, Tabula triangula Athenis, pyramidis formâ, cui leges sancitæ inscribebantur, à κυροῦν βίον, i. e. sancire vitæ leges: nam in ea vitæ civilis & Hieraticæ leges sanciebantur. Etym: dicit κύρβεις fuisse tabulas continentes deorum festa, sic dictas quasi κρυβίας τινας, utpote in quibus τὰ τῶν θεῶν ἀποκρύπτεσθαι δεῖ, id est, res divinas oportet occultari. Schol: autem *Aristoph:* ducit ἀπὸ τῶν κυρβάντων sive κορυβάντων, quorum inventum

esse testatur *Theop*: ἐν τῷ περὶ ἀσωβίας.

Κυνήβάω, άσω Cornibus pugno; à κέρας cornu.

Κυνήβια, τὰ, Glumæ hordei vel acera, quæ decidunt, dum aquâ maceratur: nonnulli dici volunt à κύρη, i.e. Ceres, & ἴβη, i.e. germen; quòd hordeum sit Cereris donum.

Κύριος, ε, ὁ, Dominus; cui est κράτος, i. e. authoritas.

Κυριακὸς, ὴ, ὸν, Dominicus, a, um; ad dominum pertinens; κυριακὴ ἡμέρα Dominica dies, quâ D. N. J. Christus resurrexit à mortuis; à κύριος dominus.

Κράτος, ους, τὸ, Authoritas; à κύρω sum: aut potiùs à κάρη caput, principatus.

Κυράω, άσω, Authoritatem do, à κράτος authoritas.

Κυρτὸς, ὴ, ὸν, Curvus, gibbosus; *Eustath*: ducit κυρτὸν ἀπὸ τοῦ κύπτειν id est, inclinare: velim à γυρὸς curvus. *Martin*:

Κύρτος, ου, ὁ, Sagena, nassa; instrumentum piscatorium; à κυρτὸς curvus, gibbosus.

Κύστος, κύστις, vel κυστὸς, ὁ, Nates, podex; fortè à κύω fundo, quòd per eas partes excrementa effundantur. Etym: κύστον dictum vult ἀπὸ τοῦ δι' αὐτοῦ χύδην ἢ ὕσιν.

Κύστις, εως ἡ, Vesica; pellis vesicæ similis; à χύσις, i.e. effusione urinæ. *Varin*: ἀπὸ τοῦ κύθειν ἢ κύειν τὸ οὖρον, Vesica enim urinam excipit & occultat; vel à κύω pario, κύει γὰρ οὖρον, urinam parit.

Κύστος, ου, ὁ, Flos mali Punici; à κύω pario; nam est κύστις ῥοᾶς, i. e. fructus & quasi fœtus mali Punicæ.

Κύτταρος, ου, ὁ, Loculamentum apum & vesparum; à κύτος cavitas, venter cavus.

Κύτος, ους, τὸ, Cavitas, sinus; ubi aliquid κεῖται vel κάθηται, i.e. jacet vel occultatur.

Κυφὸς, ὴ, ὸν, Incurvus; à κύπτω inclino.

Κύφων, ωνος, ὁ, Catasta, numella, baculus incurvus; à κυφὸς curvus.

Κυφὸς

Κυψέλη, ης, ἡ, 1. Alveare apum; dictum παρὰ τὸ κεκρύφθαι αὐτῆς τὸ ἔλλω, quòd ab eo, cùm sit obscurum, splendor solis non admittatur: vel à κύπτω incurvo; quòd ex viminibus plexis & incurvatis confletur.
2. Auris foramen interius; quasi κυφέλη à κυφῆ, i. e. curva; inflexum enim & incurvum est auris foramen.

Τυγχάνω, Compos fio, aſſequor : ſum. τυγχάνει contingit ; à τεύχέω quod à τεύχω fabricor, paro, deinde paratum habeo.

Τυκάνη, ης, ἡ, Tribula ; ᾗ ἀλοῶσι : *Euſtath*: à τύκω paro. ea eſt inter inſtrumenta quibus parantur frumenta ad cibum.

Τυκίζω, Scalpo, polio ; à τύκος.

Τύκος, ὁ, & τύχος, Inſtrumentum, quo fabricantur : nominatim lapides ſcalpunt ; à τεύχω fabricor.

Τύκω, Paro : tanquam τέκω. Vide τεύχω.

Τύλη, ης, ἡ, Callus ; puto à ξύλον lignum ; eſt enim callus cutis dura ceu lignum. ſit & callus à κᾶλον.

Τύλιμος, ου, Crumena pellicea ; quia ibi aliquid τυλίττεται.

Τυλίττω, Involvo : ex τύλη codix, culcitra.

Τυμβάς, άδος, ἡ, Venefica, quæ circa τύμβους verſatur & mortuos mutilat, ἀκρωτηριάζει.

τύμβος, ου, ὁ, Buſtum ; tumulus, ſepulchrum ; *Suidas* : τύμβος τάφος παρὰ τὸ τύφεσθαι, ὅ ἐστι καίεσθαι τὰ σώματα τῶν τεθνεώτων. benè, nam & alias μ aut ν inſeritur : πένθος à πάθος. ſonat etiam τύμβος τύμμα βίου.

Τυμβώρυχος, Sepulchri violator : τύμβον ὀρύσσει.

Τύμπανον, τὸ, Tympanum ; inſtrumentum, quod fuſte percutitur : à τύπτω percutio.

Τυμ-

Τυμπανίζω, Fustigo, flagello: à τύμπανον tympanum, quod cædi solet.

Τύπος, ου, ὁ, nota, τῷ τύπτειν facta.

Τύραννος, ου, ὁ, Princeps, rex crudelitèr imperans. *Stephan:* τύραννος à τυῤῥηνὸς, tanquam apud eos primùm fuerint tyranni. alii à τύρῳ urbe.

Τυρὸς, οῦ, ὁ, Caseus; à τείρω sicco. est lac siccatum. Etym: à τηρῶ, quòd τυρὸς sit γάλα τηρούμενον.

Τυτὼ, Noctua: ex sono *tu, tu.*

Τυτθὸς, οῦ, ὁ, Parvus: ut infans, qui adhuc est sub τιτθοῖς, id est, uberibus.

Τυφλὸς, οῦ, ὁ, Cæcus: qu: τύπους ἴλλων habens: Etym: τυφλὸς est, cui extinctus visus, ᾧ τετύφωται (i. e. ἀπώλετο) τὸ λάειν.

Τυχέω, Consequor: evenio, τύχη eventus, fortuna; dicitur de eo, quod accidit prosperum vel adversum; à τυχέω est τυγχάνει accidit.

Τωθάζω, σω, Dicteriis incesso, rideo, mordeo; possit esse à τυτθὸν parvum; est alium parvi facere, vili pendere. Etymolog: flectit à θὼρ adulter. alit: ab ὠθάζω.

Υ.

Υ — ADdito epitheto, ψιλὸν, id est, tenue, ut ab ου crasso differat. est litera vigesima. in numeris est 400.

Ὑ, Olfacientis sonus. eum enim edit, qui se odoratu aliquid probare ostendit.

Ὑαινα, ης, ἡ, Bellua: est nomen quadrupedis, dictæ à setis quasi suillis in dorso; nam ὗς est sus. est & piscis, qualitèr σύαινα recentioribus chærilla, i. e. porculus. serpens quoque est quem dicunt Ælianus & Orus participem esse utriusque sexus: ut uno anno marem, altero fœminam agat, id quod alii de quadrupede.

Ὑακί-

Ὑακίζω, Pluo : ex ὕω idem.

Ὑαλος, & ὕελος, ου, ὁ, Vitrum, cryſtallus. Etym: ab ὕω pluo ; quia vitrum ſimile guttæ pluviæ colore, & quòd pellucet. malo ab ἕλη (quod & χάλη) ſplendor.

Ὑβὸς, οῦ, ὁ, Curvus, inflexus ; à κυφὸς : hinc ὕβωσις, ὕβωμα, curvamen, tanquam ab ὑβόω curvo, gibbum facio.

Ὕβρις, εως, ἡ, Injuria, contumelia, ſuperbia, Etym: qu: ὕφαρις ab ὑφαιρεῖν, quia eſt aliis debitum honorem auferre. alit: quaſi ὑπόβασις, quòd moleſta & gravis ſit. quid ſi ſimplicitèr ab ὑφ', ut intelligatur ἀδικία ὑφβάλλουσα ?

Ὑγιὴς, ἐος, ὁ, ἡ, Sanus, incolumis, integer, ſincerus ; ab ὑγρὸς humidus ; Etym: ut ὑγιὴς ſit ὁ ἐν ὑγρῷ ὢν καὶ ζῶν. alit: ab ἀϊαίνω, i. e. ἀφαίνω.

Ὑγρὸς, ᾶ, ὁ, Humidus, tener, mollis, lubricus ; ab ὕω pluo, madidum facio : ſic Etymol: quaſi ὑδρὸς ab ὕδωρ aqua.

Ὕδρα, ας, ἡ, Hydra aquatilis ſerpens : ab ὕδωρ aqua.

Ὑδραγωγὸς, οῦ, ὁ, Aquæ ductor : ὑδραγωγεῖον aquiductium, aquarium : ab ὕδωρ ἄγειν, i. eſt, aquam ducere.

Ὑδράλμη, ης, ἡ, Aqua ſalſa : ab ὕδωρ aqua & ἅλμη ſalſugo.

Ὑδραύλης, Organarius ; ὑδραυλὴς organum, nempe muſicum quo αὐλῶσι per ὕδωρ, hydraula.

Ὑδρία, ας, ἡ, Cadus, urna, hydria ; ab ὕδωρ aqua.

Ὑδροπότης, ου, ὁ, Aquæ potor ; abſtemius : ab ὕδωρ, & πίνω bibo.

Ὑδροχόος, ου, ὁ, Aquarius, canalis, qui ὕδωρ χεῖ, id eſt, aquam fundit.

Ὑδρωψ, ωπος, ὁ, Hydrops ; à facie aquea : ab ὕδωρ aqua, & ὤψ facies ; intercus.

Ὑδω, Celebro, cano, dico, voco : eſt & ὑδέω : poſſit ὕδω referri ad ἀείδω cano.

Ὕδωρ, ατος, τὸ, Aqua : Poët: eſt ὕδας, ατος & ὕδος : ab ὕω pluo ; ergo propriè pluvia aqua : deinde quævis aqua.

Ὑελος,

Ὕελος, ου, ὁ, Vitrum, pro ὕαλος. ὑελέψης, vitrarius, qui ὕελον ἑψεῖ vitrum coquit.

Ὑηνία, & ὑωδία, Mores suilli, insulsitas: ab ὗς, sus.

Ὕθλος, ου, ὁ, Nugæ, loquacitas; Etym: quasi ὕφλος à φλῶ unde & φλεδὼν nugæ, θ & φ commutantur aliquando.

Ὑιὸς, οῦ, ὁ, Filius. *Eustath:* υἱὸς παρὰ τὸ ὕω τὸ βρέχω, ὁ τοῦ πατρὸς καὶ τῆς μητρὸς ὢν εὐφρασία. potiùs quia quasi ὕει à parentibus. sed malo à κυέω, pario, gigno. quasi κυὸς: aut à φύω nascor; nam ὁ φὸς filius *Euripidi* in Phœnissis: ut *natus* Latinis à *nascendo.*

Ὕλη, ης, ἡ, Sylva, ligna, alimenta; possit duci ab ὕω pluo; quia ligna multam pluviam postulant.

Ὑμὴν, ένος, ὁ, 1. Membrana; ab ὕω pluo; quia ex humore nascitur. 2. carmen nuptiale, quasi ab ὕδω cano.

Ὕμνος, ου, ὁ, Actus τοῦ ὕδοντος, hymnus.

Ὕνις, & ὕννις, ἡ, Vomer, ferramentum rostratum, quo aratrum findit terram: ab ὗς sus, quia, ut hæc rostro, ita & ille fodit terram.

Ὕννος, ου, ὁ, Equuleus, mannus; puto ab υἱὸς, tanquam equi filius.

Ὑπαγκώνιον, ου, τὸ, Cervical. propriè, quod ὑπ' ἀγκῶνα ponimus.

Ὑπαὶ, Poët: pro ὑπό.

Ὕπαιθα, Coràm, rectè: ex ὑπαὶ & ἰθύ.

Ὕπαρ, τὸ, Visio vera, non somnium, quasi ὕπνου ἄρσις: ei ὄναρ opponitur.

Ὕπατος, η, ον, Summus; contractum ex ὑπέρτατος. ὑπάτη χορδὴ summa chorda, opposita νήτη.

Ὕπατος, ου, ὁ, Græcis Romanarum rerum scriptoribus, consul. quia penes consules erat summa potestas in republica, post exactos reges: ab ὕπατος summus.

Ὑπεξούσιος, ου, ὁ, Filius familias; propriè, qui est ὑπ' ἐξούσιᾳ sub potest-

poteſtate ſcil: patris nondum emancipatus.

Ὑπεναντίος, α, ον, Contrarius; ὑπὸ hîc non minuit: ſed potiùs ſubtùs oriri ſignificat. etſi præpoſitiones in compoſitione ſæpè otium agant. ita ὑπεναντίον.

Ὑπέρα, ας, ἡ, Funis, quo antennarum cornua traducuntur ſeu tenduntur & laxantur: ab ὑπὸ & ἐάω, quia à ſummo demiſſa propendet.

Ὑπερήφανος, ὁ ἡ ον, Superbus, a: qui ſupra alios vult videri, ab ὑπὲρ & φαίνω appareo.

Ὑπερθε, vel ὑπέρθεν, Deſuper, ſuper, ſupernè; ab ὑπέρ.

Ὑπέρθεσις, εως, ἡ, Dilatio, procraſtinatio; ab ὑπερτίθημι: differo.

Ὑπερίων, ονος, ὁ, Hyperion, ſol; quaſi ὑπὲρ ἰὼν, ſuprà iens.

Ὑπερσυντελικὸς, Plùs quam perfectum, ſcil: χρόνος; ab ὑπὲρ & συντελέω perficio.

Ὑπέρτερος, α, ον, Superior; ex ὑπέρ. ὑπέρτατος ſupremus.

Ὑπερῷος, α, ον, Qui eſt in ſuperiore parte ædium; ab ὑπὲρ & ᾠὸν ſuperior pars domûs.

Ὑπερφίαλος, α, ον, Fœdifragus, qui violat jusjurandum per phialam datum, cùm ſacris φιάλαις pactum firmarent.

Ὑπόδικος, α, ον, Obnoxius, reus, ſons, nocens: qui ſcil: ὑπ' ἄλλου δίκην ut regatur ab alio, cui rationem reddere tenetur.

Ὑπήν, ενος, ἡ, Barba, pili circa labia παρὰ τὸ ἄνω ὑπεῖναι: at μύσαξ ἡ ὑπὸ τῶν μυκτήρων τείχωσις.

Ὑπηρέτης, ου, ὁ, Miniſter; propriè in navi, ab ὑπὸ & ἐρέτης remex, ex ἐρέσσω remigo.

Ὑπισχνέομαι, Polliceor, promitto: ex ὑπίσχομαι origo manifeſta, ex ὑπὸ & ἴσχω teneo: qui promittit alicui, ei ὑπέχει ſupponit & ſperandum oſtendit certum bonum: aut tanquam manum ἐνίσχει, qua fidem facit dicti implendi.

Ὕπνος, ου, ὁ, Somnus; ab ἀπὸ πνέειν, quod eſt lenitèr ſpirare, *Euſtath:* quaſi λύπνος quia λύει πόνον laborem ſolvit.

Ὑπο-

Ὑποδεὴς, ὲς, Subnixus: ex ὑπὸ & δέω: ergo ſubnixus hîc eſt humilis velut ſubtùs nixus.

Ὑποδέω, Subligo; ſub pedibus talaria ligo, calceo. ὑπόδημα caliga, calceamentum, calceus: ab ὑπὸ & δέω ligo.

Ὑπόδρα, Torvè: *Euſtath*: exponit ὑποβλεπτικῶς; & componit ex ὑπὸ & ὁράω video: ſed ὑπόδρα contractum putem ex ὑποδράξ, ex ὑπὸ & δέρκω video; quaſi ſubtùs intueor acritèr: aut ὑπόδρα ab ὑποδράω ſuffugio; ut ſit, more fugientis, turbatus viſu.

Ὑποδυμάδες, vel ὑποδυμιάδες, Coronæ de cervice penſiles; ab ὑπὸ & δυμιάω, ab odoris ſuavitate, *Ath:l.* 15. *c.* 6.

Ὑποκοείζομαι, Blandè appello: puto ferè, ut κόρίλω, puellarem ætatem blandis verbis ſolemus tractare.

Ὑποκρίνομαι, Reſpondeo, ſecerno, æſtimo, judico; ſimulo aut diſſimulo, & hinc eſt ὑποκριτὴς fallax, oſtentator virtutis.

Ὑπολήϊον, Vinarium torculare: ab ὑπὸ & λήϊος torculare.

Ὑπουργὸς, ὸ, ὁ, Miniſter: cujus ὑπ' ἄλλου ἔργον opus eſt ſub alio.

Ὑπουλος, ος, ὁ, Subdolus; quaſi ſub cicatrice latens: ab ὑπὸ & οὐλὴ ciatrix.

Ὕπτιος, ος, ὁ, Supinus, reſupinus, ab ὑπό.

Ὑπτιάζω, Supino, reſupino: ab ὕπτιος ſupinus.

Ὑπώπιον, ου, τὸ, nota ſuggillationis: ὑπὸ τοῦ ὤπας ſub oculis. *Euſtath*: ſub finem *Iliad:* μ tradit, ὑπώπια eſſe τὰ ὑπὸ τοῦ ὀφθαλμοῦ ὠίρια, deinde dictas eſſe ita τὰς περὶ τοὺ ὀφθαμοὺς πληγάς.

Ὕργον, ου, τὸ, Examen; puto ab εἴργω necto: eſt nexus apum.

Ὑρρὶς, Sporta; ab εἴργω, quia aliquid è viminibus nexum ſeu plexum.

Ὗς, Sus, à σύς.

Ὑσπληγξ, Scutica, qua σὺες πλήσσονται: ſues percutiuntur.

Ὕστερος, α, ον, Poſterior, ſerior, ſequens, inferior, ὕστατος poſtremus, noviſſimus. dici putatur quaſi ὑπότερος,

ab ὑπὸ significante ſub, infra. ὑστερέω ſum ὕστερος, deficio.

Ὑφαλός, πέτρα, Latens ſaxum, nempe, ὑφ' ἁλὶ, ſub mari.

Ὑφάω, & ὁω, Texo; ὑφὴ, textura, hinc ὑφαίνω texo.

Ὑφεαρ, αρος, τὸ, Viſcus ex abiete. quia poteſt, ſalva arbore, ὑφαιρεῖσθαι, i. e. tolli.

Ὑφὲ, Unio. ὑπὲ ἕν.

Ὑφορβὸς, ὁ, Subulcus; qui ὗας φέρβει ſues paſcit.

Ὕψος, ους, τὸ, Altitudo, ſublimitas, cacumen: ab ὑπὸ ſub, quatenus notat motum ſurſum.

Ὕω, ὕσω, Pluo; pluvia irrigo, perfundo; referam ad ἓω emitto. meliùs à χύω, ſi tamen hoc uon ab ὗα.

Ὑώδης, Suillus, immundus, ſtupidus: ab ὗς ſus.

Φ.

Φ—— EST vigeſima prima litera. φῖ ex Heb: *peh*, os, in numeris eſt 500. quingenta.

Φάζω, Loquor; à φάω unde φημί.

Φάζω, Interficio, ut σφάζω: etiam à φάω, unde φένω.

Φαίδω, Luceo; à φάω, quod idem; φαιδὸς, ὴ, ὸν; ſplendidus, à φάω.

Φαιδρὸς, Hilaris, alacer; à φάω luceo; quia lucida facie & mente.

Φαικὸς, ὴ, ὸν, Splendidus; à φάω lucco.

Φαιλόνης, Penula; Etymologo, quia φαίνεται ὅλος tota appareat. nam extima veſtis.

Φαίνω, In lucem edo, oſtendo: luceo, ſplendeo: defero, accuſo; à φάω luceo.

Φαιὸς, ὴ, ὸν, Fuſcus, ſubniger; à φάος lux; quia niger cum luce aliqua.

Φακῆ, ῆς, ἡ, contract. à φακέα lens, lenticula, lens cocta; à φακός.

Φακὸς, ὲ, Lens cruda: nigra quædam oculi macula. Etym: φακῆ quia φάει αἰκίζει, nam viſum obtundit: malim

lim φακὸς quia φαιὸς, aut φάη καίει, aut quia vescimur eâ, à φαγεῖν.

Φάλαγξ, αγγος, ἡ, Genus aciei apud Macedonas, acies quævis. Etym: à πέλας & ἐγγὺς, quòd sit multitudo militum, qui sibi vicini.

Φάλαινα, ης, ἡ, Cicindela, quæ noctu lucernis advolat, indéque volunt dici, quia in φῶς ἄλλεται in lucem salit. malim à φαλύνω, quod est λαμπρύνω, quia lucet, λάμπει; ideo & lampyris & noctiluca.

Φάλαινα, ης, ἡ, Balæna, marinum animal. Tzetzes hanc belluam ex eo dici vult quòd à mari egressa in luce apricari gaudeat; nempe à φῶς lux & ἄλλεσθαι salire.

Φαλακρὸς, ὴ, ὸν, Calvus, quia album (φαλὸν, id est, λευκὸν) κάρα habet, id est, caput; vel ut Etymol: vult, φαλὸν ἄκρον.

Φαλανθὸς, οῦ, ὁ, Canus; qui φαλὸν ἄνθος habet. si calvus, derivem tantùm à φαλὸς, id est, albus.

Φάλαρα, τὰ, Phaleræ, à φαλὸς albus; quia splendent.

Φάληρος, ου, ὁ, Albus; φαληριᾷν, spumescere; à φαλὸς albus.

Φαλιὸς, οῦ, ὁ, Albus, splendidus; ut φαλός.

Φαλὸς, οῦ, ὁ, Splendidus, albus; à φάος lux, splendor.

Φάλος, & φαλὸς, οῦ, Galea; quia splendet φάει.

Φαλὸς, οῦ, Petra in mari eminens, quæ ibi quasi φάει conspicua est.

Φανερὸς, ὰ, ὸν, Manifestus: à φαίνω ostendo.

Φαλύνω, Splendidum reddo; à φαλὸς albus.

Φάλαγξ, γγος, ἡ, Barathrum, præcipitium, hiatus; Etym: quia in ea φαίνεται ῥῆγμα, apparet ruptura.

Φαρέτρα, ας, ἡ, Pharetra; à φέρω fero & τρώω vulnero; quia fert vulnifica tela.

Φάρμακον, ου, τὸ, Medicamentum, venenum; ducunt à φέρειν ἄκος quòd bonum pharmacum afferat medicinam: malum venenum, quia afferat dolorem, παρὰ τὸ φέρειν ἄχος. sed una vox est à φαρμάσσω; quæ

fortè à φύρω & μάσσω, quòd miſceri & ſubigi ſoleat.

Φᾶρος, εος, τὸ, Palla, pallium, veſtis exterior; fortè à φέρω fero; ut φᾶρος ſit geſtamen.

Φάρυγξ, ηγος, ὁ, ἡ, Guttur, fauces, per quas φέρεται cibus & ſpiritus; an potiùs à φάω loquor, & ῥέω fluo; quòd per eam loquela fluat?

Φάσγανον, ου, τὸ, Enſis; à φάζω neco, ut σφάγανον, à σφάζω.

Φάσις, εως, ἡ, Apparitio; à φαίνω appareo.

Φάσις, ιος, ἡ, Dictio; à φάζω, ut vult *Euſtath*: ſed benè à φάω vel φημὶ dico.

Φάσκω, Loquor; à φάω.

Φάσμα, τος, τὸ, Viſum inſolitum, ſpectrum; quod φαίνεται, i. e. apparet.

Φάττα, ης, ἡ, Atticè, avis columbini generis, palumbus; dici videtur à φάψ avis generis columbini, ob ſimilitudinem: niſi φάττα à φάζω occido; quòd obnoxia occidioni.

Φάτνη, ης ἡ, Præſepe, ſtabulum; à φάγω edo, vel πάω paſco; ibi paſcitur jumentum.

Φαῦλος, η, ον, Vilis, pravus, ſimplex, vitioſus: Etymologus ducit φαῦλος à φαύω luceo; ut ſit, qui φαίνεται ὅτι αἰσχρῆς πράγμασι, id eſt, ob vilia inſignis eſt: vel à παύω, quia malum citò παύεται ſed φαῦλος propriè vilis, non magni pretii, à φὺ contemnētis voce: vel φαῦλος nugatorius, à φλέω nugor.

Φαύω, Luceo: ex φάω.

Φάψ, φαβὸς, Avis, è columbino genere; à φέβομαι fugio; quia timida.

Φέγγος, εος, τὸ, Splendor, lumen: à φάω luceo, Etymol: vel φάος ἐσχὺς propè lumen.

Φείδομαι, σομαι, Parco, ignoſco: parcè utor: abſtineo, tempero. Etym: quia φέρειν δόναι, i. e. dare recuſat.

Φελλὸς, ου, ὁ, Suber; à φλοιὸς cortex; ſuber excellit cortice.

Φέναξ, ακος, ὁ, Impoſtor, irriſor; Etym: ἀπὸ τὸ φρένας αἰκίζειν: vel

vel à φενάκη, quæ & πηνίκη, coma ascititia, falsa.

Φένω, Occido; à φάω occido.

Φέρβω, Pasco, alo. quasi φέρω βόσιν cibum fero; vel potiùs à φέρω & βίος vitam fero, quia φορβὴ φερέσβιος. φέρβεσθαι dicuntur bruta, ut & φέρβειν esse possit φέρειν πόαν, gramen ferre.

Φερνὴ, ῆς, ἡ, Dos, quam uxor affert, φέρει. Etymol: quia φέρει ὄνησιν affert emolumentum.

Φέρτερος, α, ον, Qui plus fert seu portat, præstantior; superlativo φέρτατος: à φέρω fero.

Φέρω, fut: οἴσω, tanquam ab οἴω, Fero; porto, propriè de inanimatis; obtineo, consequor.

Φεῦ, Heu: papæ. puto, à φέβω terreo, est rejicientis, lamentantis, & admirantis.

Φέψαλος, ου, ὁ, Scintilla; φεψαλόω comburo. est φέψαλος scintilla celeriter emicans à ligno usto. *Varinus* ducit à φέβω fut: φέψω, quia scilicet celeritèr effugit. malim quasi φάος ψολου, i. e. lux flammæ.

Φηγὸς, οῦ, ἡ, Fagus arbor, vel esculus. Etym: à φώγω uro; quòd sit materia apta ad comburendum: alitèr à φήγω edo; quòd glandes fuerint veterum cibus.

Φῆλος, ου, ὁ, Impostor, fallax; à σφάλλω fallo.

Φημὶ, Dico, affirmo; à φάω loquor.

Φήμη, ης, ἡ, Fama: à φῶ for.

Φήνη, ης, ἡ, Aquila; videtur à claritate vocis dicta esse: à φάειν. *Eust.* à φαίνειν: quia Minervæ lucifera dicitur.

Φθάνω, vel φθάω, Prævenio; assequor id, quod facere contendo. Etymol: à φθέω, ex θέω curro. alit: à φθέω corrumpo, quia, qui prævenit, alterius cursum corrumpit.

Φθέγγομαι, Loquor, sonum edo, clamo; Etym: ducit φθέγγομαι à φέγγω, ut sit εἰς φῶς ἄγω τὰ τοῦ νοῦ, i. e. animi conceptus in lucem profero.

Φθεὶρ, ρὸς, ὁ, Pediculus; à φθείρω corrumpo, quia nascitur ex corporis φθορᾷ corruptione.

Φθείρω, Corrumpo ; à φθόω.

Φθινόπωρον, ου, τὸ, Autumnus ; cùm φθίνει ὁ πώρος.

Φθίνω, & φθίω, idem quod φθέω, eſt & φθινύθω corrumpo.

Φθίσις, ιος, ἡ Diminutio corporis & macies : à φθίω corrumpo.

Φθόνος, ου ὁ, Invidia, reprehenſio ; à φθίνω tabefacio, nam invidia facit marceſcere ſuos poſſeſſores. *Orus* ducit à φθάνω prævenio, nam invidi alios prævenire volunt felicitate.

Φιάλη, ης, ἡ, Phiala, poculum planum & repandum ; quaſi πάλη, à πιεῖν ἅλις bibere ſatis. malim ſimplicitèr à πιεῖν.

Φιλάγαθος, ος, Benignus ; eſt φιλῶν ἀγαθὰ bona diligens.

Φίλος, η, ον, Charus, gratus : φίλος amicus ; Etymol: ducit à πίνω bibo ; ἀπὸ τὸ συμπότων εἰώθασιν οἱ φίλοι γίνεσθαι.

Φιλήπης, ου, ὁ, Fur ; ducunt ab ὑφελεῖν auferre, quaſi ὑφελήπης. aliter à φέλω decipio. quid ſi potiùs qu. πλήπης, à πλέω ſtipo, compilo. ſic compilare eſt aliquando furari. fur eſt πλήπης, cupidus πλεῖν aliena.

Φιλὶς, ίδος, ἡ Canna. puto quòd res φίλη.

Φιλύρα, ας, ἡ, Tilia, quæ commendabilis cortice ; ideò puto à φλοιὸς cortex.

Φίμος, & ὁ, ἡ, ὁ, Fiſcella. Etym: à σφίγγω, quia os φίμῳ conſtringitur.

Φλαύζω, fut: σω, Stultè & inarticulatè loquor ; à φλέω nugor.

Φλαῦρος, ου, ὁ, Vilis, malus ; ex φλύαρος.

Φλάω Contundo, mollio, avidè comedo ; Atticè pro θλάω.

Φλέγω, ξω, Uro, incendo ; illuſtro, ardeo : an quaſi φαλέγω à φάος lux ?

Φλὲψ, βὸς, ἡ, Vena ; Etym: quia per eam tranſit τὸ φλογῶδες flammeus ſanguis ; malo à φλέω abundo, vel φλύω ferveo & ἕψω coquo : abundat & fervet ſanguine, qui ibi coquitur.

Φλέω,

φλέω, & ύω, Nugor; plenus ſum; abundo: hinc φλεδών nugæ.

Φλία, ας, ἡ, Veſtibulum, limen: à φλάω, i. e. θλάω, percutio; quia pulſatur frequentér.

Φλοιὸς, ὑ, ὁ, Cortex; à φλάω contundo; quia fragilis, facilè contundi poteſt.

Φλοῖσβος, ὑ, ὁ, Murmur aquæ & fluctuum. volunt vocem à ſono factam eſſe. Etym: à φλάω ebullio, ferveo. velim à φλύζω & βοάω, ut ſit φλύσις βοῶσα, vel φλύσις σοβοῦσα aliam.

Φλόμος, ὑ, ὁ, Verbaſcum; dicitur etiam φλομὶς, à φλέγω uro, quia φλομὶς λυχνῖτις ἡ ἐλλύχνια χρησίμη.

Φλὸξ, ογὸς, ἡ, Flamma; à φλέγω ardeo.

Φλυαρὸς, ὸ, ὁ, Nugator; à φλέω nugor.

Φλύζω, Ferveo; à φλύω.

Φλύκταινα, ης, ἡ, Puſtula: ex fervore. ea & φλυκτὶς, à φλύζω ferveo.

Φλυὸς, ὸ, ὁ, Nugæ; à φλέω nugor.

Φλύουσα, Ferveo; eructo; à φλύω.

Φοβέω, ήσω, Metu percello, attonitum facio; à φόβος timor.

Φόβη, ης, ἡ, Coma, juba leonina; à φοβέω terreo; quia terrifica. Etym: φοβερὰ οἱ κομῶντες.

Φόβος, ὑ, ὁ, Fuga, metus; ex φέβομαι fugio.

Φοῖβος, ὑ, ὁ, Sol; qui φάος βίᾳ, vel φῶς βάσιν, id eſt, φαίνω βαίνων.

Φοῖνιξ, ικος, ὁ, Palma arbor, & avis: color ruber vel ſanguineus, rutilus; à φόνος, cædes, ſanguis.

Φοίνιος, ὑ, ὁ, Cruentus: à φόνος cædes.

Φολὶς, ίδος, ἡ, Squama, ut piſcium aut ſerpentum; Etymol: per Metatheſin ducit à λεπὶς. ſed velim à φλύω bullio; ſquamæ velut bulliunt ex animantibus φλιδωσοῦς.

Φολκὸς, ὸ, ὁ, Strabus; quia φάη ἕλκει. Etym:

Φόνος, ὑ, ὁ, Cædes; à φένω occido.

Φοξὸς, ὸ, ὁ, Cujus caput acutum eſt, & quaſi turbinatum; à

φάος lumen, & ὀξὺς acutus ; ut ſit, ὁ ὀξὺ τὰ φάη ἀπωξυμμένην ἔχων ἢ κεφαλήν.

Φόρβη, ης, ἡ, Pabulum, cibus ; à φέρβω paſco.

Φόρκυν, υνος, ὁ, Portus ; quia naves in eum φέρονται, id eſt, feruntur.

Φόρμιγξ, γγος, Cithara ; Etym. quia φέρεται ἐπ' ὤμοις. velim à βρέμω fremo, ſono.

Φορμὸς, οῦ, ὁ, Sporta, corbis ; quâ aliquid φέρεται, i. e. fertur.

Φόρος, ου, ὁ, Tributum, quod φέρεται infertur.

Φορτικὸς, ὴ, ὸν, Oneroſus ; à φορτίον onus.

Φορυτὸς, οῦ, ὁ, Quiſquiliæ ex variis rebus commiſtis ; à φορύω miſceo.

Φορύω, & ύνω, & ύσσω, Pinſo : miſceo : fœdo ; à φύρω idem.

Φραγέλλιον, ου, τὸ, Flagellum ; ex Latino illo.

Φρόνησις, εως, ἡ, Cognitio, prudentia ; à φρονίζομαι.

Φρατρία, & ιὰ, ᾶς, ἡ, Curia ; φράτωρ, qui ejuſdem curiæ eſt. volunt eſſe, qui idem φρέαρ commune habet cum alio.

Φρέαρ, ατος, τὸ, Puteus ; à φρέω emitto : ut *fons* à *fundo*. Etym: à φλῶ bullio ; vel quia inde φέρεται aqua.

Φρέω, Mitto ; à φέρω fero.

Φρὴν, ενὸς, ἡ, Mens ; ſapientia ; φρένες præcordia ; Etym: quia inde περιέχεται τὰ βλαστήματα. & φρὴν φέρει corpus.

Φρίκη, ης, ἡ, Horror, æſtus ; à φρὶξ fremitus maris.

Φρὶξ, ικὸς, ἡ, Maris vel fluctuum fremitus ; à φρίσσω horreo. Etym. à θρὶξ pilus, quaſi de horrore pilorem dicatur.

Φρίμάσσομαι, Flatum naribus emitto ; fremo : à βριμᾶσθαι ſeu βριμᾶσθαι irâ fremere ; à βρέμω fremo.

Φρίσσω, Horreo : aliquando, horrorem incutio ; poſſit quidem φρίσσω eſſe quaſi θρίσσω, ut ſit propriè horrere pilis, nam φ & θ permutantur : à θρὶξ capillus.

Φρονέω, ήσω, Intelligo, cogito ; à φρὴν mens. *Platoni* φρόνησις φορᾶς καὶ νοῦ νόησις.

Φρυγ-

φροντὶς, ίδος, ἡ, Cogitatio, cura, ſolicitudo ; à φρονέω cogito.

φρύδος, ου, ὁ, Evanidus ; qui abſit ; à πρὸ & ὄδε, qui abiit, diſparuit, evanuit.

φρουρὸς, ὁ, ὁ, Cuſtos ; à πρὸ & ὅρος cuſtos : vel à πρόσοψ proſpicio. φρουρὰ cuſtodia, prætidium.

φρυάττω, & frequentiùs φρυάττομαι, fremo ; inſoleſco, ferocio ; à φρὴν, ut *ferox* à *ferus*.

φρύγανον, ου, τὸ, Virgultum aridum, à φρύγω ſicco.

φρυκτωρὸς, ὁ, ὁ, qui φρυκτοὺς ὁρᾷ, obſervator ignium prænunciorũ. *Varin*: componit ex πυρσὸς & ὁράω.

φυὴ, ῆς, ἡ, Natura ; à φύω naſcor.

φύζα, ης, ἡ, Fuga cum timore : à φύζω fugio. ex φεύγω.

φυλακὴ, ῆς, ἡ, Cuſtodia, carcer, tutela ; quarta pars noctis : à φυλάσσω ſervo.

φυλακτήριον, ου, τὸ, Inſtrumentum ſervandi, τὸ φυλάττειν.

φυλακτικὸς, ὴ, όν, Habens vim τὸ φυλάττειν.

φυλάσσω, ξω, Cuſtodio, tueor ; excubo : *Varinus* ducit à φυλὴ tribus ; quòd φυλακὴς haberent αἱ φυλαί.

φυλὴ, ῆς, ἡ, Athenis decima urbis pars, tribus, claſſis, genus ; à φύω gigno.

φῦλον, ου, τὸ, Natio ; à φύω naſcor.

φύλλον, ου, τὸ, Folium, ut arborum : à φύω, i. e. ἀναβλαστάνω : germinat ex ſtirpe.

φύλοπις, ιδος, ἡ, Clamor bellicus ; pugna ; à φύλων ὀπὴ, i. e. vocę nationum : vel à φῦλον ἔπομαι.

Φύσα, ης, ἡ, Follis ; à φυσάω flo.

φυσαλὶς, ἡ, Bulla ; à φύσα follis ; vel φυσάω flo ; quòd ſit aqua inflata.

Φύσις, ιος, ἡ, Natura ; item ſtatura ; à φύω naſcor.

Φύσκη, ης, ἡ, Velica ; quia inflata ; à φυσάω flo.

Φυτὸν, ου, τὸ, Planta ; à φύω naſcor.

Φύω, ύσω, Gigno, produco, edo, pario, naſcor ; Etym: à βῶ, i. πεφίω emitto ; quia φύω eſt facio apparere, φαίνειν.

Φώζω, Uro, infoco, torreo : à φῶς lux.

Φώϊξ, vel φῶιξ, Avis, inimica harpyiæ ; oculos aliarum avium præ-

præcipuè appetit, ὀφθαλμοβόρος. *Arist. hist.* 9. 18. à φῶς & αἴξ, ὁρμὴ, quia αἴσσει εἰς φῶτα, h. e. ὀφθαλμοὺς, in oculos volat.

Φωλεὸς, οῦ, ἡ, Lustrum, latibulum, antrum; à φῶς lux & ὀλέω pereo; quòd ibi φῶς ὤλεν, i. e. ἀπόλωλε, periit, est enim obscurus locus.

Φωνὴ, ῆς, ἡ, Vox, lingua, fama; à φάειν loqui. φωνέω vocem emitto, loquor.

Φὼρ, φωρὸς, ὁ, Fur; fucus: à φέρω fero, aufero. Etym: φὼρ ὁ τὰ ἀλλότρια φέρων, qui res alienas aufert.

Φὼρ, ὸς, vel φῶρος, ου, ὁ, Speculator, explorator; ab ἐφοράω: vel à φὼρ fur; speculatori in multis necesse est se ceu furem gerere.

Φῶς, τὸς, τὸ, Lux; à φάω luceo.

Φωτίζω, Illumino, illustro, sapientem facio: à φῶς lux.

Φῶς, φωτὸς, ὁ, Vir; Etym: à φάω loquor: vel à φῶς lux. sermonis παῤῥησία & διανοίας lumine anteit fœminam, plurimùm quidem: vel à φώζω uro; calidior est vir, quàm fœmina.

Φωστὴρ, ῆρος, ὁ, Luminare; à φώσκω luceo, ex φῶς lux.

Φώσων, ὁ, Velum: quia φυσώμενος πλησιστίῳ ἀνέμῳ ἐνεργεῖ, *Eustat:* velum à vento inflatur, ut possit servire pro equo ad vehendam navim.

X.

X — EST litera vigesima secunda; hac nota Athenienses adulterinos nummos notabant: unde χαίζω est, ut spurium rejicio. ideò etiam apud veteres criticos τὸ χ culpæ nota erat.

Χάζω, Recedo, privo, capio, capax sum: à χῶ capio.

Χαίνω, νῶ, Hisco; dehisco, hiante ore capio, inhio; à χάω inusit:

Χαίρω, ρῶ, Lætor, gaudeo, delector; ducamus à χαιὸς bonus, & ἄρω apto; lætamur bono apto.

Χαί-

Χαίτη, ης, ἡ, Juba, propr. equina; coma, cæsaries: à χέω fundo; quia diffusa. *Hesych*: χαῖται αἱ κεχυμέναι τρίχες.

Χάλαζα, ης, ἡ, Grando; à χαλῶ demitto; est enim, inquit Etym: ἐκ τοῦ ἄνω πρὸς τὸ κάτω χαλωμένη. Grando est glacies ex alto demissa, χαλασθεῖσα.

Χάλανδρον, ου, τὲ, Grabatum; *Hesych*: à χαλᾷν ἄνδρα. quia in eo homo quiescit & se laxat.

Χαλεπὸς, οῦ, ὁ, Perniciosus, gravis, difficilis; ducere possis ex χολῇ ira: vel χαλᾷν ὦπα demittere vultum, nam eo aversationem significamus.

Χαλέπτω, Lædo, damno afficio; à χαλεπότης: vel χαλεπῶς ἵπτω, valdè lædo.

Χαλινὸς, οῦ, ὁ, Frænum, ancora; frænum certis modis laxatur χαλᾶται, sicut & adducitur. sit ergo à χαλᾷν & ἱεῖν. & ancora est, quâ frænatur navis.

Χαλίφρων, ονος, ὁ, Cui mens laxata & emota est; à χαλᾶσθαι φρένας. àlitèr, cui χάλις, i. e. Bacchus, φρένα turbavit.

Χαλίκρατος, ου, Merus, purus, ut sit à χάλις vinum & κεράω, tanquam vino ipso mixtus; vel per Antiphrasin.

Χαλκήλατος, ου, Ex ære eductus; à χαλκὸς æs, & ἐλάω duco, ductile opus facio.

Χαλκὸς, οῦ, ὁ, Æs; arma ærea, vel moneta. Etymol: quia ad ἀλκὴν εὔθετος.

Χαμαὶ, Humi, in terra, ad terram. possit esse quasi χθαμαὶ à χθὼν terra; nam & χθαμαλὸς humilis; fortè simpliciùs quasi γαμαὶ à γέη seu γαῖα terra. χαμὴ humus; quia certis partibus χάει, i. e. hiat; secùs quàm cætera elementa, quæ planè continua συνεχῆ.

Χαμαίβατος, ου, Humilis rubus. Gaza vertit humi-rubus apud *Theoph: hist: plant: lib.* 3. 10. 18. à χαμαὶ humi, & βαίνω eo.

Χαμαιλέων, ζῶν versipelle. sonat, pumilus leo, quia leonem, animal grande & ferox, non nihil refert.

Χαμαι-

Χαμαιλύπη, ης, ἡ, Scortum vile; quòd se finit χαμαὶ πίπτειν.

Χαμάδις, In terram, χαμάδην ex humo. χαμᾶζε in terram. à χαμαὶ humi.

Χαμῦλκος, ου, Traha, vel χαμῦλκοι trahæ. machina, quâ navis è mari in siccum trahitur; à χαμαὶ humi & ἕλκω traho.

Χάμος, ου, ὁ, Frœnum, puto, à κημὸς: aut à χάβος.

Χανδάνω, Capio; à χαδεῖν verbi χάζω.

Χάος, Rictus, hiatus; à χάω hio.

Χαρά, ᾶς, ἡ, Gaudium, actus τὸ χαίρειν.

Χαραδρα, ας, ἡ, Sulcus, fossa, vallis: à χαράσσω sculpo, excavo.

Χαρακτὴρ, ῆρος, ὁ, Nota facta τῷ χαράττειν. deinde quævis nota.

Χάραξ, ακος, ὁ, Fossa; à χαράσσω sculpo, excavo.

Χάρις, ιτος, ἡ, Gratia, venustas, lepos, elegantia: amicitia, beneficium: à χαίρω gaudeo. gratia est χαρτικός.

Χάρμη, ης, ἡ, Lætitia; lætus ad pugnam animus; pugna; à χαίρω.

Χαρτὸς, ὸν, ὁ, Lætus, vultu serenus; qui χαίρει ὀπὶ, id est, facie lætatur.

Χάρτης, ου, ὁ, Charta; quia literis χαράττεται, inscribitur.

Χαρτοπώλης, Chartarius. nempe qui chartas πωλεῖ vendit.

Χάρυβδις, Charybdis, vorago maris. dici volunt, quia navem in χάος ῥέον δύνει, in hiatum facilè mergit, *Eustath: Odyss:* μ. vel à sono dici vult: vel à χάρων, vel παρὰ τὸ ὡς χάος ῥέον ὑποδύνειν. alii simpliciter quia in χάος βαίνει. sed lubet componere ex χάος & ῥοῖβδος stridor. est enim χάος ῥοιβδοῦν hiatus stridens, vel sorbens cum stridore. *Hom: Iliad:* μ. alludere videtur, ubi ait τῇ δ' ὑπὸ δῖα χάρυβδις ἀναρροιβδεῖ μίλαν ὕδωρ.

Χάσκω, Hisco; à χάω.

Χάσμη, ης, ἡ, Oscitatio, actus hiantis oris; à χάσκω.

Χατέω, ῶ & ίζω, Egeo; cupio: qui eget, capere cupit; ergo

à

à χάω capio: vel quod eget, inane est & hiat; à χάω hio.

Χαῦνος, ου, ὁ, Laxus, fungosus; à χαίνω, hio, laxor.

Χειδροπὰ, τὰ, Legumina, quasi χειρόδροπα; quia χειρὶ δρέπονται.

Χέζω, έσω, Ventris onus depono; à χέω fundo; est enim effundo excrementa.

Χειὰ, ᾶς, ἡ, Serpentum latibulum; à χείω, i. e. χωρῶ capio.

Χεῖλος, εος, τὸ, Labrum, per id χέομεν, id est, fundimus potum.

Χεῖμα, ατος, τὸ, & χειμὼν, ῶνος, ὁ, Hyems, maris procella, ventus; à χέω fundo; quia hyeme funduntur multa cœlitùs, pluviæ, nives, grandines, venti, unde & *hyems* ab ὕω pluo.

Χείμαῤῥος, & χειμάῤῥοος, ου, ὁ, Torrens; à χεῖμα hyems & ῥέω fluo; quia hyeme fluit, pluviis & nivibus resolutis auctus.

Χείμεθλον, ου, τὸ, Pernio; morbus ex frigore, cum χεῖμα θλᾷ, i. e. hyems vulnerat calces.

Χεὶρ, ρὸς, ἡ, Manus; à χῶ, i. e. capio, vel χωρέω, est enim capiendi instrumentum.

Χειρεκμαγεῖον, ου, τὸ, Mantile; mappa; quâ scil: χεῖρα ἐκμάσσομεν, i. e. manum extergimus.

Χειρίζω, Gero, tracto; χειρὶ scilicet molior.

Χειροθεσία, ας, ἡ, Gestus; à χειρῶν θέσει.

Χειρόμακτρον, ου, τὸ, Mantile; quo scilicet χεῖρας μάσσομεν, manus extergimus.

Χειροσκόπος, ου, ὁ, Qui manum inspicit, ut inde divinet, qui χεῖρα σκέπτεται, seu σκοπεῖ.

Χειροτονέω, ήσω, Manum tendo, attollo, ut in suffragiis solebant; per suffragia creo, ordino; χειροτονία creatio: à χεὶρ manus, & τείνω tendo.

Χειρουργὸς, οῦ, ὁ, Qui χειρὶ ἔργον facit, quasi χειροεργὸς, qui manu medicinam facit.

Χείρων, ονος, ὁ καὶ ἡ, Pejor, inferior; Etym: videtur dici, quia χεῖρα

χεῖρα ἥττων, qui manu inferior: ſed ducam à χρεία indigentia; ut ſit, qui indigentior.

Χελιδὼν, όνος, ἡ, Hirundo; à χείλη δονεῖν, Etym: quòd ſcilicet labra agitet, ut garrula: vel quia τὰ χείλη οἰδαίνει labra ei tument: vel χείλεσιν ᾄδει labiis canit.

Χερὰς, άδος, ἡ, Colluvies miſta cum cœno & lapidibus; Poët: an à χέω & ῥήσσω, quod è fragmentis aliquid confuſum?

Χερμὰς, άδος, ἡ, Lapis, qui manum implere poteſt; à χεὶρ manus.

Χέρνα, ης, ἡ, Paupertas, ut, quum quis χειρὶ victum quærit: vel à χεὶρ & νέω neo.

Χέρνιψ, βος, Aqua, quæ manibus affunditur; à χεὶρ manus & νίπτω lavo.

Χέῤῥος, & χέρσος, ὁ καὶ ἡ, Deſertus, incultus, aſper: vel ſubſt. ſolum, deſertum; an à γῆ terra, & ἔῤῥω pereo; ut ſit, terra velut periens.

Χηλὴ, ῆς, ἡ, Forfex, ſeu forceps cancrorum; Etym: à χῶ capio, quia capit incluſa.

Χήμη, ης, ἡ, Hiatus; à χαίνω hio.

Χήμωσις, ἡ, Affectus albi in oculo, cum iſtud ſupra nigrum eminet, à χήμη.

Χὴν, ηνὸς, ὁ, ἡ, Anſer; Etym: ducit ab ἠχὴ, i. e. ſonus; quòd animal κρακτικὸν; malim à χάω hiſco; frequentèr hiſcit & ſtridit; aut à χαίνω hio, quia χανδὸν ἐσθίει.

Χῆρος, ου, ὁ, Viduus, deſertus, orbus; à χωρὶς ſeorſim; quia ſeparatus à compare. Etym: χῆρος à χῶ, i. e. ἐνδεῦμαι indigeo.

Χῆτος, Penuria; à χατέω egeo; Etym: à χῶ indigeo.

Χθαμαλὸς, οῦ, ὁ, Humilis; à χαμαὶ humi; vel à χθὼν terra.

Χθὲς, Heri; ab ἐχθὲς: quaſi ab ἐκθέω excurro. qu: χθεσινὴ ἡμέρα eſt, quæ præteriit.

Χθὼν, ονὸς, ἡ, Terra; *Heſych*: χθὼν ἀπὸ τῆς χύσεως. Etymol: à χέω fundo;

fundo; quòd fundi queat: vel à χῶ capio; fortè quod capiat plantas.

Χιάζω, Nota figura literæ χ; quæ quia Latinis decem significat, χιάζειν vertitur etiam decussare; est autem χ nota deletionis in scriptura.

Χίμαρος, ου, ὁ, Hircus, aut hœdus hyeme natus; à χεῖμα hyems.

Χίμετλον, ου, τὸ, idem quod χείμεθλον suprá.

Χιὼν, όνος, ἡ, Nix; à χέω fundo; quia funditur ex cœlo.

Χλαῖνα, ης, ἡ, Læna, vestis quæ tunicæ exteriori superinduebatur ad frigus arcendum; ideò à χλιαίνω calefacio.

Χλαμὺς, ύδος, ἡ, Chlamys, paludamentum, à χλιαίνω, quòd corpus ambitum calefactet; frigus scil: arcendo.

Χλεύη, ης, ἡ, Risus, ludibrium; à χεῖλος labrum; labiorum enim motu fieri solet.

Χλιδάω, ήσω, Delicior, delicias facio, delicatus sum; à χλίω idem. χλιδῶνες armillæ: quia delicati eis utuntur.

Χλίω, Deliciis frango, effœmino; qui id facit, se χαλᾶν laxare, dissolutè vivere dicitur.

Χλόα, ας, ἡ, Herba virens, gramen, fœnum; à χιλὸς pabulum; quia est pabulum pecori.

Χλούνης, ου, ὁ, Qui in virente gramine cubat, qui ἐν χλόῃ ἐυνάζεται.

Χλωρὸς, ὰ, ὸν, Viridis; à χλόα herba virens.

Χναύω, αύσω, Vellico, voro, deglutio; à χνάω carpo; ut χραύω à χράω. χναῦμα est id quod carpitur, edulium rectius.

Χνόος, & χνοῦς, ὁ, Rasio, lanugo, quia radi potest, à χναύω vellico, rado.

Χόανος, & χῶνος, & χόανον, Vas ex argilla, ad fundenda seu liquefacienda metalla; à χέω fundo.

Χοάνη, ης, ἡ, Infundibulum; à χέω fundo.

Χοεὺς, (& χόος) Contractè (χοῦς) ὁ, congius, mensura liquidorum, capiens libras novem; à χέω fundo.

Χοὴ, ῆς, ἡ, Libamen; à χέω libo, fundo.

Χοῖ.

Χοῖνιξ, ικος, ἡ, Mensura duos continens sextarios; puto à χῶ capio; vel χναύω, quantum quis uno die χναύειν potest.

Χοιρὰς, άδος, ἡ, 1. Porca, à χοῖρος. 2. Saxum in mare dejectum, aliquantum eminens ut porcæ nanti simile videatur: à χοῖρος porcus.

Χοῖρος, ου, ὁ, ἡ, Porcus & porca; Etym: vult dici à χοῦν ἐρευνῶν, quòd humum rostro scrutetur: vel quia χεῖρον ἐρᾷ, quod pejus est amat, ut cœnum.

Χοιροκομεῖον, ου, τὸ, Locus ubi (χοῖροι) porci (κομέονται) curantur & aluntur.

Χοιροσφαγεῖον, ου, τὸ, Confectorium; locus ubi σφάζονται χοῖροι porci conficiuntur seu mactantur.

Χολὰς, άδος, ἡ, Intestinum, quia χολὴν capit. χολάδες τὰ ἔντερα ἀπὸ τοῦ κεχαλᾶσθαι quòd laxata sunt; Etym: χολὰς qu: κοιλὰς. alit: qu: τὸ χολῶδες τοῦ ἥπατος, i. e. jecoris biliosos humores capit.

Χόος, χοῦς, ὁ, ἡ, Terra egesta, agger; à χέω fundo, aggero.

Χοῦς, ἡ, Aqualis; à χέω, contr. ex χόος.

Χόω, Aggerem educo; à χοῦς agger.

Χόρδαψος, vel χορδαψὸς, Tumor tenuis intestini; quia qui dolet, loco manum admoverit, velut χορδῆς ἅπτεται. *Aretæ* dicitur qu: χορδῆς ἕψησις, id est, ἐντέρου μάλθαξις.

Χορδὴ, ῆς, ἡ, Intestinum; Etym: quia χωρεῖ ἐδωδὴ, i. e. vadit esca per intestinum.

Χορηγὸς, οῦ, ὁ, Dux chori, choragus; à χορὸς chorus, & ἡγέομαι duco.

Χόριον, χορεῖον, χωρεῖον, Secundinæ, quia fœtum χωρεῖ, id est, capit. alit: putant dici, quòd vasa in eo, ut in choro sint disposita.

Χορὸς, οῦ, ὁ, Chorus, chorea, tripudium; à χαίρω gaudeo. χορεύω salto, tripudio, χορεία saltatio.

Χόρτος, ου, ὁ, Fœnum, gramen; est χέρσου, i. e. terræ fœtus.

Χραίνω, Coloro, imbuo, ungo, inesco; à χράω.

χραισμέω,

Χρησμιάω, ήσω, Opitulor; q. χρησιμιάω à χρήσιμος utilis; χρήσμη auxilium.

Χραύω, Levitèr faucio: qui: χροὸς αὔω.

Χρεάω, ήσω, Commodatò do; propriè è manu in manum, ideóque à χειρεί, i. e. manu; hinc χρᾶσθαι utor.

Χράω, Coloro, tingo, polluo; à χείρ, quia manu id fit.

Χρεία, ας, ἡ, Utilitas, indigentia, negotium; à χρᾶσθαι utor.

Χρεμετίζω, Hinnio; etiam χρεμίζω dicitur. Etym: à χρέμω. Hoc autem faciam à χαρά: vel qu: χαφὰν ἐμῶ. Hinnitus equi est vociferatio ex lætitia.

Χρέμπτομαι, Screo, exscreo, χρέμπτω inusit: ducam à χράω, quatenùs cum impetu incido; quia χρέμπτει, violentèr excidere facit, excutit.

Χρέος, ους, τὸ, Debitum, mors, officium, indigentia, utilitas, vaticinium; à χράω do utendum, aut à χρὴ oportet.

Χρεών, τὸ, Debitum, necesse, mors, fatale decretum; propriè est quod χρή.

Χρεώστης, ου, ὁ, Debitor; à χρέως debitum.

Χρεωφειλέτης, ου, ὁ, Debitor; χρέως ὀφειλέτης.

Χρῆμα, τος, τὸ, Utibilis res, quâ quis potest χρῆσθαι, i. e. uti.

Χρηματίζω, Negotium tracto; à χρῆμα res.

Χρηματισμὸς, ου, ὁ, Responsum, statutum; à χράομαι oraculũ edo.

Χρηστήριον, ου, τὸ, Oraculum, propriè instrumentum τὸ χράειν.

Χρηστὸς, ὴ, Benignus, utilis, jucundus; propriè utibilis, qui sui aut rerum suarum usum aliis lubentèr impertit. χρηστότης benignitas, à χρᾶσθαι utor.

Χείμπτω, ψω, Admoveo, accedo, fulcio me, innitor; à χρᾶσθαι pro ἐκπίπτειν.

Χρίω, ίσω, Ungo, à χράω tingo.

Χρόα, ας, ἡ, Color, superficies, corpus vel cutis hominis; à χράω coloro.

Χρόνος, ου, ὁ, Tempus, annus, diuturnitas; an à χράειν utendum dare? est duratio, quæ nobis ad utendum data: Etym: à ῥέω fluo; quia in perpetuo fluxu:

vel à χρῶ, i. e. τελεῶ perficio; puto, quòd omnia perficiat.

Χρῶς, ὠτὸς, ὁ, Cutis; à χρόα color; quia colorata.

Χρυσὸς, οῦ, ὁ, Aurum, vas ex auro factum; possit dici à χρόα color; quia coloris est amabilis. Etym: qu: ῥυσὸς, quòd à morte ῥύεσθαι: possit & esse à χρήσει, id est, usu, quem præstat.

Χρωΐζω, Coloro; à χρόα color.

Χύδην, Fusè, copiosè ut circumfluat; passim, sparsim, sine discrimine; à χύω fundo.

Χρὼς, ωτὸς, ὁ, Cutis; à χρόα color.

Χυλὸς, οῦ, ὁ, Succus, humor expressus arte; à χύω fundo; quia fusile aliquid.

Χύμα, τος, τὸ, Aliquid effusum; à χύω fundo.

Χυμὸς, οῦ, ὁ, Succus, propriè is qui funditur; herba, è qua exprimitur: In specie sanguineus humor, quem è chylo ventriculi per mesenterium attracto coquit epar, quæ epatis actio dicitur χύμωσις, ut illa ventriculi, χύλωσις; à χύω fundo.

Χύτλον, ου, τὸ, Oleum aquâ mixtum ad perfundenda lavantium corpora; à χύω fundo. χυλέω oleum perfundo.

Χύτρα, ας, ἡ, Olla; à χύω fundo; quia in eam aliquid funditur coctura causâ.

Χυτρόπους, Olla pedes habens, à χύτρα & πούς pes.

Χύω, Fundo, ut χέω.

Χωλὸς, οῦ, ὁ, Claudus, mutilus; Etym: à κῶλον ὀστοῦν, quòd ei os læsum: alit. à κυλὸς mutilus.

Χωνεύω, Aggerem (χῶμα) educo.

Χωρέω, ήσω, Accedo, proficiscor, capio, capax sum; locum do; à χῶρος locus; est enim locum muto, vel locum concedo.

Χωρίον, ου, τὸ, Membrana extima, quæ fœtum involvit & capit, χωρεῖ.

Χωρὶς, Seorsim, separatim, absque, præterquam; à χῶρος locus:

locus : significat enim propriè localem separationem, deinde ad alias transfertur.

Χῶρος, ου, ὁ, Locus, sedes, spatium, ager, prædium ; à χῶ, capio ; locus est locati capax.

Χωρυτὸς, οῦ, ὁ, idem quod γωρυτὸς pharetra ; quia χωρεῖ τὰ τραύοντα, i. e. τιτρώσκοντα, tèla vulnifica.

Χώω, Aggerem facio, à χῶος agger.

Ψ.

Ψ — EST litera vigesima tertia ; inventa dicitur à *Simonide*, sicut & ξ, η, ω. in numeris valet DCC.

Ψαικὰς, άδος, ἡ, Gutta ; ut ψακάς.

Ψαίρω, Levitèr attingo, προσφαύω, ut facit tergens, à ψάω, quod est, tango.

Ψακὰς, άδος, ἡ, Ros, stilla, gutta ; est minutus liquor, à ψάω minuo.

Ψαλάσσω, Tango ; à ψάω.

Ψαλὶς, ίδος, ἡ, Forfex ; à ψάλλω moveo ; quia usus ejus est cum celeri motu, à ψάω lenitèr tango.

Ψάλλω, λῶ, Tango, leni motu percutio, ut musici suas chordas ; canto : à ψάω tango.

Ψάμμος, ου, ἡ, Arena, sabulum ; ab ἄμμος idem. dicitur etiam ψάμαθος & ψάμμαθος, à ψάω comminuo ; est arena minuta portio terræ, & fit calore, ψάω est etiam calefacio.

Ψὰρ, ρὸς, ὁ, Sturnus, avis varii coloris ; nempe nigra maculis albis distincta ; est & ψάρος : *Eustath*: παρὰ τὸ ψαίρειν. Διακινοῦσι γὰρ τὰ παραπίπτοντα οἱ ψάρες ἐν τῷ ζητεῖν τροφήν τινα κάτωθεν, ab eo quòd terram *pedibus* movent & radunt, & obvia quæque vertunt, dum alimentum sibi quærunt.

Ψαιρὸς, οῦ, ὁ, Celer ; à ψαίρω festino.

Ψανκρὸς, οῦ, ὁ, Agilis ; à ψάω quia levitèr tangit humum, & qu:

volat per ſuperficiem, eam ψάνων ἄκροις ποσί.

Ψάνω, Tango; à ψάω.

Ψέγω, ξω, Reprehendo, vitupero; à ψάω tango; nam tangere eſt taxare & reprehendere.

Ψεδνὸς, ῦ, ὁ, Raros habens pilos; ut ψαιδρὸς, à ψέω minuo.

Ψεκὰς, άδος, ἡ, Pſecas, gutta; à ψέω, i. e λεπτύνω diminuo. Etymol: potiùs à ψέω comminuo, quia minuta aqua; hinc ψεκάζω guttas dimitto, rorem diſtillo.

Ψελλὸς, ῦ, ὁ, Blæſus, difficilis ad intelligendum; puto à ψέω minuo; blæſus minuit integritatem literarum.

Ψύεδω, Fallo; à ψέω minuo, & ὕδω pro λέγω dico; eſt enim ψεύδειν minuere ſermonem; Mendacium eſt menda & defectus in oratione.

Ψευδοσέλινον, ου, τὸ, Apiaſtrum; eſt ψευδὲς σέλινον apio ſimile.

Ψέφος, τὸ, Tenebræ, obſcuritas; an à σβεῖν φάος, i. e. lumen extinguere? obſcurum eſt quod parùm lucidum. ſed ψέφος compoſitum à ψέω minuo, & φάος lux.

Ψίω, Minuo. *Euſtath*: à ψάω.

Ψηλαφάω, ήσω, Tango; à ψάλλω tango, & ἀφὴ tactus.

Ψὴν, ηνὸς, Vermiculus, in caprificis naſcens; an quia ψάει radit vel urit caprificos, ut matureſcant?

Ψῆφος, ου, ἡ, Lapillus, calculus, gemma, ſuffragium; à ψάω plano, rado.

Ψήφισμα, τος, τὸ, Conſultum, decretum: à ψῆφος lapillus; lapillis enim ſuffragia olim ferebantur.

Ψαίνω, Reprehendo; à ψάω.

Ψιὰς, άδος, ἡ, Roris gutta, ſtilla; à ψίω diminuo.

Ψίθυρος, ου, ὁ, ἡ, Suſurrus; eſt lenis, exilis & minutus ſonus; à ψίω i. e. λεπτύνω, minuo, & θρόος ſonus.

Ψιλὸς, ῦ, ὁ, Tenuis; à ψίω minuo.

Ψίμμυθος, vel ψίμυθος, ὁ, Ceruſſa; quia fit è trito plumbo, ſit à ψίω minuo.

Ψίω

Ψίω, Minuo, tenue facio; Etym: à ψάω.

Ψόλος, ου, ὁ, Fumus, flamma, fuligo; à ψάω uro.

Ψόρος, ου, ὁ, Strepitus, ſonus: à ψάω rado, propriè ergo erit ſonus, qui ex raſione & colliſione.

Ψυδρὸς, ᾶ, Falſus; à ψύδω fallo.

Ψύλλος, ὁ, & ψύλλα, ἡ, Pulex; an à ψίω minuo; quod ſit λεπτὸν animalculum?

Ψυχὴ, ῆς, ἡ, Anima, vita ſpiritus; ingenium, indoles, homo; à ψύχω ſpiro. *Plat*: in *Cratylo* reſpicit ad ἀναψύχω refrigero.

Ψυχὴ, ῆς, ἡ, Papilio: quidam ſcribunt ψύχη: an à ψύχω, i. e. frigore dicitur? eſt enim frigidum & tenue.

Ψύχω, Frigefacio, arefacio, ſicco, flo, ſpiro; an à ψίω χοῶ minuo fuſionem? frigus enim conſtringit, quæ calor diffundit; aut per Antiphraſin à ψάω calefacio: ſed fortè eſt primò, flatu frigefacio, ut ſit à φυσῶ flo.

Ψωὰ, ἡ, Fœtor; à ψάω tergo.

Ψωϊστὴς, οῦ, ὁ, Quadratarius, qui ſcil: lapides ψώχει, i. e. λεπτύνει, ἀναξαίνει. ſic Latinis quadratarius eſt marmorarius, qui quadrata occupatur.

Ψωΐδιον, ν, τὸ, Fruſtulum; à ψάω minuo.

Ψωλὸς, ᾶ, ὁ, Titio; à ψόλος fumus, flamma.

Ψωμὸς, ῦ, ὁ, Fruſtum, buccella; quia minutum quid; à ψάω minuo.

Ψώρα, ας, ἡ, Scabies, aſperitas cutis, furfures eliciens; à ψαίρω frico, quia fricari ſolet.

Ψώχω, ξω, In fruſta comminuo, attenuo: lavo quia lavando quaſi abraduntur ſordes, à ψάω minuo.

Ω.

Ω — ULtima litera ex duobus ο facta figura. Nomen est ο addito Epitheto *mega*, i. e. magnum. in numeris est DCCC.

Ὠα, ας, ἡ, Pellis ovina, ex ὄα quod & οἶα ab οἷς ovis.

Ὠγύγιος, ε, ὁ, Antiquus, vetustus ; ab *Ogyge* antiquissimo rege Thebanorum.

Ὧδε, Hic ; ab ὅδε, est enim τῷδε τόπῳ.

Ὠδίν, vel ὠδίς, ῖνος, ἡ, Dolor ; ab ὀδύνη dolor. ὠδίνω parturio.

Ὠδυσία, ας, ἡ, Indignatio ; ab ὀδύσσεμαι iraſcor.

Ὠή, Adverbium clamandi ; ab ὦ.

Ὤϊον, idem quod ὤον ; vel diminut. ex ὠόν.

Ὠκα, Celeritèr ; ab ὠκὺς celer.

Ὠκεανὸς, οῦ, ὁ, Mare ; ab ὠκὺς celer vulgò derivant.

Ὠμηστὴς, οῦ, ὁ, Crudivorus ; ab ὠμὰ ἐσθίειν, i. e. cruda edere.

Ὦμος, ου, ὁ, Humerus ; poſſit eſſe ab οἴω fero ; humeris onera ferimus.

Ὤμοι, pro οἴμοι, Væ mihi.

Ὠμὸς, ὴ, ὁ, Crudus, immitis, ſævus ; poſſit eſſe ab ἄζω qui faciat ὠζειν.

Ὠνέω, Vendo ; emimus & vendimus ὠνήσιμα utilia ; ergo ὠνέω vendo ab ὀνάω juvo, proſum.

Ὠνέομαι, Emo ; ab ὀνέω proſum.

Ὦνος, ου, ὁ, Precium ; id quo ὠνέομαι emimus.

Ὦον, ου, τὸ, Superior domus pars ; ducam, ab ἄνω ſuprà.

Ὠον, ου, τὸ, Ovum ; Etym: dici vult quaſi οἷον ſolum ; ſingula enim pariuntur. Malo ab αὔειν ſplendere ; ſunt enim ova ſplendida.

Ὥρα, ας, ἡ, Pulchritudo, tempus, hora, nempe 24ª pars diei ; quando ſciathericorum gnomonum uſum tantum habebant notum. ab ὁράω video. *Plat:* ὥρα quia

quia δείζῃ terminat, definit hyemem, æſtatem, ventóſque, & fructus ex tẽrra naſcentes.

Ὠρέω, Curo, cuſtodio; ab ὦρα cura.

Ὥρος, ου, ὁ, Annus, tempus; ab ὥρα hora.

Ὠρύω, ὠρύομαι, Ululo; eſt canum, leporum, leonum, quum eſuriunt, Metaph: etiam hominum; Etym: ducit ab αὐέω ſono.

Ὄσχη, vel ὄσχη, Ramus novellus; ex ὄχη idem.

Ὠτάγχα, ας, ἡ, Inſtrumentum quo aures torquentur, auricularius forceps, quia ὦτα ἀγχοῦσι.

Ὠτακουστής, οῦ, ὁ, Auricularius, Gl: qui ὠτὶ ἀκούει, vel qui eſt ὃς ἀκοῦσον. Delatores principum ὦτα eorum dicuntur, quia ſunt eis pro auribus; & quæ audiverunt, ad eos deferunt.

Ὠτειλή, ῆς, ἡ, Vulnus; ab ὀτάω vulnero.

Ὠτίον, ου, τὸ, Auricula, anſa, parvum ὦς.

Ὠτίς, ίδος, Avis tarda, quia aurita, ab ὠτὶ, i. e. aure.

Ὠφελέω, fut: ήσω Juvo, proſum; ab ὀφέλλω juvo.

Ὤφελον, Debui; ὤφελον, ἀκλιτικὸν velim. Vide ὀφέλλω.

Ὠχρότης, ος, ὁ, Pallor; ὠχρός, ὁ, pallidus. Etym: quaſi ἄχρως, id eſt, ſine colore. velim ab ὠὸς χρόα, eſt enim ut ovi vitellus.

Ὤψ, πὸς, ὁ, Facies; ab ὄπτομαι video, (ut ὄψις) à præt: paſſ: 2 perſ: ſing: ὤφθαι, facies eſt quæ potiſſimùm videtur, & in qua ſunt organa viſus.

Μόνῳ Θεῷ Δόξα.